cluſis filius, ita è converſo: *ex Delben. dict. cap. 1. ſect. 4. n. 8.*

7 Confirmatur quintò ex eo: quia nobilitas patris, & privilegia ratione illius ad patrem expectantia, entenduntur ad filios: *ex Barboſ. in l. quia tale ff. ſoluto n. 23. Paſchalig. de virib. patr. poteſt. p. 4. cap. 2. n. 1. Balmaſſed. de collect. q. 39. n. 1.*

8 Limita primò primam concluſionem, & ejus confirmationes, quando filij ſunt extrà patriam poteſtatem: *ex Narbon. in dict. l. 20. gloſſ. 1. n. 52. Scobar. de punctis, & regiâ juriſdition. in ſtudijs generalib. cap. 30. n. 61. & cap. 36. n. 52.* qui ſpecificè loquuntur in filijs officialium, familiariumquè Sanctæ Inquiſitionis. *Cortiad. deciſ. 10. n. 12. Barb. in l. quia tale ff. ſoluto n. 25.*

9 Meritò ergo colligere potes privilegium conceſſum filijs, & filiabus, & deſcendentibus, adnatos ex fæminis non extendi: *ex Salone de pace conſ. 23. Garc. de nobilit. gloſſ. 1. §. n. 44. Balmaſſed. de collect. q. 46. n. 20.*

10 Limita tamen, quandò fit à fæminis: *ex Roland. tom. 3. conſ. 76. n. 12.* & quandò privilegium lædit publicam utilitatem, & honeſtatem: *ex Cancer. var. 3. p. cap. 3. à n. 159. uſque ad n. 164. Barb. in cap. licet 4. de cenſib. n. 1. 2. & 3. Reynoſ. obſerv. 14. Avill. in cap. Prætorum cap. 2. gloſſ. igualmente n. 5.*

11 Limita ſecundò: quandò parentes ſunt demortui: quia tunc nec filij familiarium, officialiumquè Sanctæ Inquiſitionis gaudent privilegio, nec clericorum, nec equitum: *ex Delben. in locis citatis. Cortiad. deciſ. 8. num. 113. & in ſpecie deciſ. 30. n. 169. Barboſ. de jur. eccleſiaſt. lib. 2. cap. 39. §. 4. num. 26. Barthol. in leg. 2. cod. de Epiſcop. & Cleric.*

12 Limita tertiò: quandò filij non ſunt legitimi; quia illegitimi non gaudent: *ex Scobar. & Cortiad. locis citatis, de quo Balmaſſed. q. 39. per tot.*

13 Limitatur quartò: in nepotibus, qui appellatione filiorum non veniunt in privilegijs, nec in teſtamentis, nec in datione tutellæ: *ex Barboſ. de appellativis verbis appellativum 99. n. 98.* niſi fuerint ſub poteſtate avorum: *Cortiad. deciſ. 30. n. 170.* 14 in ſpecie, quod nec in regno Hiſpaniæ, nec in noſtrâ Luzitaniâ contingere poteſt, cum per matrimoniũ à patriâ poteſtate parentes eximantur.

15 Limita quintò: quandò filij non degunt in domo parentum, neque ipſorum expenſis vivunt. *Narbon. dict. gloſſ. 1. in dict. leg. 20. num. 37. Cortiad. dict. deciſ. 30. num. 169.* 16 Undè privilegium conceſſum monaſterio, ut ejus monachi excommunicari non poſſint, intelligitur de monachis exiſtentibus in monaſterio, vel in eccleſijs ſibi uroque jure ſubjectis: *ex Barboſ.*

 Utrùm

17 Utrùm verò in noſtro regno filij naturales ignobilium gaudeant privilegijs ſuorum parentum, legitimè rogabis? Reſpondêmus gaudère: quia filij naturales pèditum ſuccedunt equaliter cum filijs legitimis in bonis parentum; *ex Ord. lib. 4. tit. 92. Pereyr. deciſ.* 12. *à princip. Gam. deciſ.* 167. *n.* 7. & 312. *num.* 2. *Pinell. in rubric. de bon. matern. cap.* 2. *num.* 8. *Cald. de nomination. q.* 12. *n.* 59. *Molin. de juſtit. & jur. diſput.* 166. poſſuntquè querellare teſtamentum parentûm de inofficioſo; & Omnia malè alienata in fraudem legitimæ revocare: *ex Cald. ad tit. de inofficioſo §. tantùm autem n.* 4. & 63. *in l. ſi. curatorem verb. ſine curatore num.* 94. *cod. de in integr. reſtitut. Pinell. lib.* 2. *ſelect. cap.* 3. *num.* 13. & *cap.* 8. *n.* 23. *Thom. Vas alleg.* 6. *num.* 28. licet *Valaſc. tom.* 1. *conſ.* 94. *à n.* 1. *uſque ad* 14. pro contrariâ pugnet, quam ſequitur *Ægid. de jur. honeſt. cap.* 13. *num.* 49. excludit ſubſtitutum ſub conditione, ſi ſine liberis: *Coſt. in cap. ſi pater verb. ſi abſque liberis n.* 35. *Valaſc. conſ.* 94. *n.* 3. ſuccedit omnibus maioratibus, emphyteuſibus, & quibuſvis alijs diſpoſitionibus: *ex Reynoſ. obſerv.* 33. *per tot. Carvalh. in cap. Raynald.* 1. *part. à n.* 133. *cum ſeqq. nos latè de muner. judic. orphanor. tractat.* 2. *de deviſionib. lib.* 1. *cap.* 3. *per tot.*

## CAPUT VIII.

Temporalis famuli familiarium, officialiumquè Sanctæ Inquiſitionis ſtipendio conducti: Utrum gaudeant privilegio dominorum?

### SUMMARIUM.

1 *Famuli temporales, an gaudeant privilegijs dominorum?*
2 *Privilegium audiendi miſſam in oratorio ad famulos extenditur.*
3 *Et de loco ad locum transfunditur.*
4 *Privilegium audiendi miſſam tempore generalis interdicti ad famulos extenditur.*
5 *Niſi ſint familiares, qui cauſam interdicto dediſſent.*
6 *Privilegium recitandi officiũ divinum breviùs ad ſocium extenditur.*
7 *Similiter recitãdi ante tẽpus.*
8 *Privilegium ſcholaſticorum ad famulos extenditur.*
9 *Exemptâ ab aliquo forô aliquâ perſonâ, tota illius familia exempta dicitur.*
10 *Maximè ſi uſus privilegij inutilis eſſet.*
11 *Emptoris privilegium ad venditorem extenditur.*
12 *Privilegium fori extenditur ad famulos laicos Epiſcopi.*
13 *Privilegium Inquiſitorum in criminalibus ad famulos extenditur.*

*Pri-*

14 *Privilegium conceſſum hominibus alicujus loci ad clericos extenditur.*
15 *Privilegium litiganti datum ad conſortes protrahitur.*
16 *Privilegium ſcolaſticorum ad gramaticos extenditur.*
17 *Verùm eſt famulos temporales non gaudere in noſtrâ ſpecie.*
18 *Fundatur varijs hæc reſoluto.*
19 *Procedit noſtra reſolutio in famulis clericorum.*
20 *Et in famulis conductis religionum, & eccleſiæ.*
21 *Et in famulis militum.*
22 *Et in famulis cujuſcumque perſonæ.*
23 *Limitatur in famulis perpetuis.*
24 *Et in famulis ſcholaſticorum.*

1 DUbia ſanè eſt res: Utrum famuli temporales, & conducti officilialium, familiariumquè Sanctæ Inquiſitionis gaudeant privilegio ſuorum dominorum?

Pars affirmativa ſequentibus nititur fundamentis collectis ex exemplis referendis, in quibus ſervi conductitij gaudent privilegio ſuorum dominorum.

2 Demonſtratur primò: quia privilegium alicui conceſſum audiendi miſſas in oratorio domûs, vel celebrandi extenditur ad ſocium, ad familiam, ad familiares, domeſticos, & ad quemcumque locum is domicilium tranſtulerit, & ibi cum licentiâ Ordinarij illud agere poteſt, etiam ſi fuerit expreſſus locus, præciſus, quia non ſtat diſpoſitivè in tali caſu, ſed demonſtrativè. *Dian. p. 4. tract. 4. reſolution.* 208. & cum tale privilegium 3
non ſit locale, ſed perſonale expirat per mortem illius, cui conceſſum eſt. *Delben. de immunit. tom.* 2. *cap.* 3. *dubitat.* 3. *ſect.* 2. *n.* 11. *Barb. ſtatim citandus.*

Demonſtratur ſecundò: privilegium audiendi, vel celebrandi 4
miſſam tempore interdicti generalis extenditur ad ſocium, ad familiam, & familiares. *Delben. n.* 6. *cap. licet de privileg. in* 6. *ubi Barb. n.* 1. qui *n.* 5. intelligit conclusionem de illis familiaribus, 5
qui privilegiatum ſolent committari, & *num.* 8. limitat in illis, qui cauſam interdicto dedèrunt.

Demonſtratur tertiò: privile- 6
gium alicui conceſſum recitandi officium tam breviario brevi, vel ante tempus, extenditur ad ſocium cum ipſo recitante. *Portel. de dub.* 7
*regularib. verb. horæ canonicæ n.* 8. *Dian. p.* 2. *tract.* 2. *reſol.* 35. *Delben. n.* 9.

Demonſtratur quartò: privile- 8
gium fori conceſſum ſcholaſticis extenditur ad illorum famulos, qui etiam ad tempus ſerviunt: *ex Authent. habita cod. ne filius pro Patre Sperell. deciſ.* 128. *n.* 29.

Et privilegium conceſſum domino extenditur ad ejus famulum *ex Alberic. ind. x. cod. de Epiſcop.* 9
*& cleric. v.* 4. ex eo, quia exempta ab alicujus foro perſona; exempta ab ejuſdem foro videtur illius

illius familia: *ex cap. 1. de privileg. in . l. non aliter ff. de judic. l. 2. cod. de Epiſcop. & cleric. Delben. dict. tom. 2. cap. 4. dubit. 9. ſect. 1. num. 17.* quòd magis locum habet, quandò aliter redderetur dominis valdè in commodus uſus famulorum, & familiarium: *ex Oldrad. conſ. 192. n. 5.* undè dicit *Barb. in dict. cap. licet 11. n. 5.* privilegium alicui conceſſum ejus familiaribus prodeſſe, ſi aliàs inutile remanéret.

11 Demonſtratur quintò: privilegium conceſſum emptori, extenditur ad venditorem, & è contra; *ex Romano, Jazone, quos citat. Delben. dict. tom. 1. cap. 4. diſp. 9. ſect. 1. n. 23. cum ſeqq.*

12 Demonſtratur ſextò: privilegium fori extenditur ad famulos laicos Epiſcoporum, non de jure communi, ſed ex conſuetudine. *Delben. dict. tom. 1. cap. 4. dubitat. 9. ſect. 1. num. 26. cum ſequentibus:* ubi tradit non eſſe improbabile privilegium fori non extendi ad famulos pretio conductos Epiſcoporum, ad quod citat *Grat. Clar. Capicium, Grafis, Covas, Farinac. Gutier. & alios Sperel. deciſ. 127. & 128. per tot.* ubi tractat: an incarcerantes familiares Epiſcoporum incurrant excommunionem.

13 Demonſtratur ſeptimò: privilegium fori in criminalibus tantum extenditur ad famulos conductos Inquiſitorum, & Deputatorum Sancti Officij ex expreſsâ conceſſione Henriquiana.

14 Demonſtratur octavò: privilegium conceſſum hominibus alicujus loci comprehendit clericos ejuſdem loci, ſi eo uti velent. *Barboſ. ad jus Canonic. tom. 1. pag. 382. num. 25.*

15 Demonſtratur nonò: privilegium litiganti conceſſum extenditur ad omnes litis conſortes; ut pluribus docet *Carlev. de judic. tit. 1. diſp. 2. n. 626.*

16 Demonſtratur decimò: privilegium conceſſum omnibus ſcholaſticis competunt etiam gramaticis, & literarum ſtudioſis. *Barb. in proœm. ad lib. 6. decretal. n. 6.* ita videtur tenére *Sanch. in morali tom. 2. lib. 7. cap. 1. dubit. 20. n. 25. Dian. p. 4. tract. 4. reſolut. 145. Garana verb. gabella tom. 3. regul. num. 145.*

17 Contrariam tamen ſententiam tenent, ac defendunt *Cortiad. deciſ. 30. n. 172. contr. Narbon. in l. 20. gloſſ. 1. à n. 1. cum ſequentib. tit. 1. lib. 4. recopilat. Daniel de nobilib. in addition. ad diſp. 63. n. 15.* quia eſſet nimia extentio, quæ in privilegijs non admittitur, & ſicut homo hominis mei homo meus non eſt, *ex l. modeſtinus ubi gloſſ. & DD. ff. de verb. ſign.* ſocius ſocij mei ſocius meus non eſt *l. qui* 18 *admittitur ff. pro ſocio* vaſſallus vaſſalli mei, colonus coloni mei, meus non eſt vaſſallus, ac colonus *l. conſilij §. ſocij mei ff. de regul. jur. ubi Dec. & Cagnol.* Domeſticus domeſtici mei, meus non eſt

eſt domeſticus *Farinac. in prax. p.2. q.55. à n.29. Barb. in cap. in literis 24. de teſtib.* ita familiaris familiaris mei, meus familiaris non eſt, *ex Maſcard. concluſion. 757. n.2. Farin. dict. q.55. n.*128. & familiares familiarum Epiſcopi, & Inquiſitorum, non poſſunt dici familiares Epiſcopi, & Inquiſitorum: *Ciarlin. contr. for. cap.* 187. *n.*19. cum id non reperiatur in jure cautum.

19 Extende primò dictam concluſionem ad famulos clericorum, ut cum infinitis tradit *Cortiad. deciſ* 8. *n.*122. *contra plurimus, quos citat n. antecedenti. Cancer. 3.p. cap. 3. n. 4. Barboſ. in l. 1. cod. de Epiſcop. & cleric.*

20 Extende ſecundò ad famulos conductitios eccleſiarum, & religionum, ut etiam contra plures docet idem *Cortiad. dict. deciſ. n.* 121. *Sperell. deciſ.* 128. *n.* 7.

21 Extende tertiò ad famulos cōductitios militum, de quo remiſſivè *Cancer. 3. var. cap. 3. n.* 426. *Menoch. de arbitrar. centur. 6 caſu* 562. *Gratian. for. cap.* 340. *n.* 9. *Beluga in ſpecul. Princip. rubric.* 2. *§. quia n.* 20.

22 Extende quartò ad quoſcumque famulos conductitios, & temporales cujuſcumque perſonæ, ad id expreſſum privilegium, vel à jure, vel à particulari lege non habentis: *ex Capic. deciſ.* 12. *n.* 2. *Fontanell. deciſ.* 366. *n.*6. *&* 13. *p.* 2. *ex Cortiad. dict. deciſ.* 8. *num.* 121. *& ſeqq. Balmaſſed. de collect. quæſt.* 63. *per tot.*

23 Limita primò in ſervis perpetuis, ex dictis in *cap. antecedēti, & ex his, quæ Cortiad. de ciſ.* 8. *n.* 118. *Barb. in dict l.* 1. *cod. de Epiſcopis:* quia mancipia ſunt in bonis, & ità ſæpè judicavimus, & judicatum invénimus.

24 Limita ſecundò in ſervis ſcholaſticorum, *ex Auth. habita cod. ne filius pro Patr. Grat. deciſ.* 623. *num.* 12.

25 Limita tertiò in ſervis temporalibus Senatorum, & colonis, *ex Ord. lib. 2. tit. 43. §. 3. ibi latè Peg.* qui quidem tenentur literas privilegiorum bulatas in Cancellaria habere, & illas præſentare; quod tamen limitandum eſt, quandò Senator ipſe nomine proprio agit in judicio pro conſervatione privilegiorum ſuorum familiarium, & colonorum, tenentur etiam ſolvere ad refectionem pontium, & fontium, ſi modò reficiantur in loco, ſeu territorio, ubi tales degunt; ſecùs, ſi in loco nō ſui domicilij, vel territòrij, vel ſi ſuper hoc ſpeciale privilegium habuerint. *Cabed. 1. part. deciſ.* 213. *n.* 11. 12. *&* 13. *Balmaſſed. quæſt.* 43. *&* 63.

26 Limita in famulis, & colonis equitum *de Malta*, qui ex ſpeciali gratiâ fruuntur privilegijs ejuſdem Ordinis; ex reformatione juſtitiæ §. 6. *& ibi Valaſc.*

27 Limita quintò: quandò inutile remaneret privilegium, ſi ad famulos nō extēderetur: *ex Barb.*

*jam*

*jam alegato. Sperel. deciſ.* 128. *n.* 17.

28 Limita ſextò in famulis miniſtrorum, qui privilegium habent portandi arma, quod extenditur ad famulos illorum: *Sperell. deciſ.* 128. *num.* 63. *ubi tres DD.* citat id ipſum approbantes, dum aſſóciant dominos ad diligencias faciendas.

Famuli, coloni, & inquilini equitum trium ordinum militarium, non excuſantur à gabellis, decimis, portorijs, aliisquè tributis; prout excuſantur equites: *Valaſc. conſ.* 131. *à num.* 12. *Reynoſ. obſerv.* 2. *num. fin.* de quo videndus eſt *Souſ. deciſ.* 72. *num.* 7. & 8. *Valaſc. de jur. emphyteut. quæſt.* 17. *Fermoſin. ad tx. in cap. ſi clericus* 5. *de for. compet. quæſt.* 7. *num.* 6. *Barboſ. de jur. eccleſiaſt. tom.* 1. *cap.* 39. *n.* 30.

## CAPUT IX.

Utrum familiaribus, officialibuſquè Sanctæ Inquiſiaionis uſus armorum ex privilegio competat, qualiter, & quomodo?

### SUMMARIUM.

1 *Armorum uſus regulariter eſt prohibitus.*

2 *De familiaribus delinquentibus armorum uſu.*

3 *Clerici comprehenduntur in ſtatutu loquente de uſu armorum.*

4 *Clerici non ſunt exēpti à politica gubernatione reipublicæ.*

5 *Imò ſunt Cives, & partes reipublicæ.*

6 *In temporalibus debent eſſe ſubjecti gubernatori publico.*

7 *Judices ſeculares poſſunt ab eccleſiaſticis ſummere arma.*

8 *Dūmodò hoc non fiat in pænā tranſgreſſionis legis: ſed ne procedant in violationē legis.*

9 *Poſſuntquè exigere pignus pro ſolutione preſtandā.*

10 *Arma ab eccleſiaſticis ablatis, vel in ſe, vel in pretio ipſis ſunt reſtituenda.*

11 *Mulieres etiam comprehenduntur ſub ſtatuto prohibente arma.*

12 *Hoc de rigore, ſecùs de juris æquitate.*

13 *Forenſes ſub tali ſtatuto comprehenduntur.*

14 *Forenſis ingrediens provinciam tenetur indagare de ſtatutis provinciæ.*

15 *Eſt tamen mitiùs puniendus.*

16 *Doctores, & Advocati comprehenduntur ex totius orbis conſuetudine.*

17 *Arma ſtatuto prohibita, neque domo quis impugnè habere poteſt.*

18 *In noſtro regno contra tenentes arma probibita in domo per Inquiſitionem proceditur.*

19 *Familiaribus, officialibuſvè Sanctæ Inquiſitionis in toto ferè orbe uſus armorum permittitur.*

20 *Apoſto-*

20 *Apoſtolici Inquiſitores poſſunt procedere contra judices ſeculares impedientes familiares, officialesque uti armis in executione Sancti Officij.*

21 *Inquiſitores contra impedientes ſuam juriſditionem, vel privilegia, aut ſuorum procedere valent.*

22 *Familiares, officialesquè Sanctæ Inquiſitionis pro crimine delationis armorum coram ſuo judice ſunt accuſandi.*

23 *Familiares, officialesquè Sancti Officij, tàm die, quàm nocte, armis uti valent.*

24 *Inquiſitores, ſicut Epiſcopi familiam armatam habere poſſunt.*

25 *Familiares, officialesquè Sancti Officij in actu exercito, & executione Sãcti Officij armis prohibitis tantum uti poſſunt.*

26 *Hujuſmodi tamen etiam in predicto caſu leges circa menſuram armorum ſervare.*

27 *Sicut familiares, Epiſcòpi ſervare coguntur.*

28 *Et judices, officialesquè ſeculares juſtitiæ.*

29 *Milites extra belli conflictum, vel ejus exercitum armis prohibitis uti nequeunt.*

30 *Familieres, officialesque in diligencijs poſſunt ferre ſolũ, quæcumque arma voluerint.*

31 *Plenum, & liberũ arbitrium liberam facultatem nullis obſtrictam regulis importat.*

32 *Verba denotantia liberum arbitrium ſemper arbitrio boni viri regulantur.*

33 *Maximè in materiâ privilegiorum.*

34 *Portantes arma prohibita etiam in executione juſtitiæ capi, & puniri poſſunt à judicibus ordinarijs.*

35 *Niſi de licentia Inquiſitorum arma deferant.*

36 *Idem de militibus eſt tenendũ.*

37 *An credendum ſit ſupradictis aſſerentibus de licentia ſuperiorum ſe ſe arma deferre.*

38 *In materia privilegij aſſertioni partis fides nõ eſt præſtãda.*

39 *Fundans ſuam iutentionem in aliqua poſitione qualificata eam probare tenetur.*

40 *Quandò agens plenè ſuam intentionem fundat, debet patiens exceptionem ſuam concludenter probare.*

41 *In propria cauſa nemini etiã jurato creditur.*

42 *Nec in ea, in qua intereſſe etiam modicum habere poteſt.*

43 *Creditor in cauſa ſui debitoris idoneus non eſt teſtis.*

44 *Agenti de ſe exonerando non creditur.*

45 *Aliàs via delinquendi aperiretur.*

46 *Mandatum in arduis non præſumitur.*

47 *Seculares judices an poſſint cappere familiares Sancti Officij inventos cum armis prohibitis aſſerentes ſe ire in ſervitium Sancti Officij.*

48 *Nemini etiã Principi creditur quandò agit de commodo ſuo.*

49 *Familiares, officialesquè Sanctæ Inquiſitionis carcerati ob delationem armorum ſunt excarcerandi ex ſola aſſertione Inquiſitorum depoenentes de lincentiâ ſuâ arma exportare.*

50 *Hujuſmodi carcerati an ſint remittendi ad ſuos judices, vel poſſint puniniri à judicibus capientibus?*

51 *Delatio armorum probibitorum an ſit crimen exceptum?*

52 *Officiales, familiaresquè Sanctæ Inquiſitionis tenentur regias pragmaticas cuſtodire.*

53 *Referuntur, qui dixerunt non poſſe in hoc caſu ad ſuos judices declinare.*

54 *Privilegium omninò amittit, qui permiſſâ ſibi abutitur poteſtate.*

55 *Caſus iſte non eſt exceptus.*

56 *Lex ſi voluiſſet, expreſſiſſet.*

57 *Quod ſpecialiter denegatur in uno caſu, in alijs probibitum non cenſetur.*

58 *Reſpondetur contrarijs.*

59 *Familiares, officialesquè Sancti Officij inventi cum armis prohibitis, vel permiſſis abutentes ſunt remittendi ad ſuos judices.*

60 *Familiares, officialesquè Sancti Officij in criminibus non exceptis ſuos habent judices privativos.*

61 *De exceſſu, ſeu abuſu privilegij cognoſcit judex conſervator ipſius privilegijs.*

62 *Monetarius inventus delinquens ad judicem monetæ eſt ferendus.*

63 *Judex monetæ eſt conſervator monetariorum.*

64 *Inquiſitores, & Judices Fiſci ſunt judices privativi officialium, familiariumquè Sanctæ Inquiſitionis.*

65 *Milites inventi armis probibitis per Auditores ſuos tantum puniri valent.*

66 *Arma ibi contenta poſſunt ferre familiares, officialesquè Sancti Officij, tam die, quàm nocte.*

67 *Tam ante ſonum campanæ, quàm poſt.*

68 *Aliàs inutile eſſet illis privilegium.*

69 *Confirmatur reſolutio notabiliter.*

70 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*

71 *Campanâ non tactâ unuſquiſque armis permiſſis uti poteſt etiam extra horas, in quibus campana tangi ſolebat.*

72 *Vel ſi deferat arma cum lucerna etiam poſt ſonum cãpanæ.*

73 *Leges Hiſpaniæ dificientibus noſtris ſunt apud nos coſtudiendæ.*

74 *Non ex vi ipſarum, ſed ex vi rationum.*

75 *Officiales, familiaresquè Sanctæ Inquiſitionis inventi etiam armis permiſſis in locis ſuſpectis*

*ſuſpectis ſunt capiendi, & remittendi ad ſuos judices.*

76 *Aſſociantes hujuſmodi ad executionem ſuorum officiorum eadem arma ferre poſſunt, quæ ipſi ſecum ferre valent*

77 *Prædicti poſſunt conducere homines armatos ad ſe aſſociandos.*

78 *Familiæ appellatione veniunt non tantùm familiares, qui domum dégunt, ſed & qui ab eâ aluntur.*

79 *Effectus potiùs, quàm verborum ſonus attenditur.*

80 *Tempore reſidentiæ, nec judices, nec officiales arma deferre valent.*

81 *Armis prohibitis quis uti poteſt ad lædendos bannitos.*

82 *Et ſi arma venenata ſint.*

83 *Accommodans arma ad lædendum, vel vulnerandum eâdem pænâ punitur.*

84 *Niſi hoc fiat ad lædendos bannitos.*

85 *Arma ligata* ferre *nemini interdicitur.*

86 *Dummodò ita ligata ſint, ut ad nocendum apta minimè ſint.*

87 *Deambulans per civitatem, vel oppidum arma prohibita etiam ligata ferre non valet.*

88 *Circa delationem armorum variæ, & novæ referuntur noſtri regni leges.*

1 ARmorum uſus regulariter eſt de jure prohibitus, ut in rubro, & nigro *cod. ut armor. uſus lib.* 11. *& in authent. de armis, & notat Barth. in l.* 1. *ff. ad l. Jul. de vi public.* & tiam nobilibus, ut poſt *Afflict.* notat *Farinac. lib.* 3. *quæſt.* 108. *n.* 25. *cum ſeqq. Cancer. var.* 3. *p. cap.* 3. *n.* 56. *Ord. lib.* 5. *tit.* 80. *Caren. de offic. Sanctæ Inquiſitionis titul.* 14. §. 4.
*per tot.* ubi agit de familiaribus 2
delinquentibus in uſu armorum. *Farinac. in prax. criminal. q.* 108. *tom.* 3. *Peres ad titul. cod. ut armor. uſus. Beneditus Pereyr. in ſuâ academiâ lib.* 3. *q.* 13. *per tot.*

Ampliatur primò hæc conclu- 3
ſio in clericis, qui quidem ſtatuto ſeculari de armis ligantur, quandò tale ſtatutum concernit publicam utilitatem, quia eccleſiaſtici
non ſunt exempti à politicâ gu- 4
bernatione reipublicæ neque de jure humano, neque de jure divino, imò cives, & partes civiles reipublicæ ſunt, & ſic eſſe debent
in temporalibus ſubjecti guber- 5
natori publico reipublicæ, atque Regi, ſeu Principi ſeculari; ex illis,
quos citat *Delben. de immunit.* 6
*tom.* 1. *cap.* 9. *n.* 16. *&* 17. undè non eſt improbabile judices ſecu-
lares poſſe ab eccleſiaſticis aufer- 7
re arma, ſi hæc non tollantur in pænam tranſgreſſionis legis, ſeu
potiùs, ne clerici procedant in vio- 8
lationem legis, & poſſe ab eccleſiaſticis exigere pænas de plano, & ſine controverſiâ aliquod in pig-
nus accipere pro ſolutione præſ- 9
tanda. *Delben. d. cap.* 9. *dubit.* 2. *n.*

35. & 36. *Advend. de mandat.* 2. *part. cap.* 14. *num.* 13. *Salzed. in pract. cap.* 55. *cum mult. Barboſ. ad dict. Ord. num.* 1. *Ord. lib.* 5. *tit.* 80. §. 11.

10 Arma autem ab eccleſiaſticis ablata, an ſint frangenda, vel applicanda juxta legem, vel tradenda ipſis eccleſiaſticis, rogabis? reſpondêmus arma ſic ablata non poſſe à judicibus ſecularibus juxta legem ſecularem applicari, ſed debent, vel in ſe ipſis, vel in valore, ſeu pretio ſuo reſtitui eccleſiaſticis, vel ipſorum judici, niſi hic eos comdemnet in dictorum armorum perditione. *Mart. de juriſdict. part.* 4. *cent.* 1. *caſu* 7. *num.* 20. *Sperell. deciſ.* 122. & 123. & 124. *per tot. Conciol. infra citandus reſolut.* 24. *per tot.*

11 Ampliatur ſecundò in mulieribus: ex *Gregor. Lopes in l.* 8. *tit.* 10. *p.* 7. *Farinac. in prax. crimin. tom.* 3. *q.* 8. *num.* 15. *Vivio tom.* 1. *comm. lib.* 1. *tit.* 17. *n.* 208. *Barboſ. ad dict. Ord. n.* 3. *Conciol. in ſuis reſolutionib. criminalib. literâ A. verb. arma, reſolution.* 7. *num.* 1. & 2. ubi dicit habere locum etiam in ſtatuto prohibente ire de noctè ſine lumine poſt ſonum
12 campanæ, & *n.* 3. ubi inquit comprehendere etiam mulieres ſub ſtatuto puniente violentiam cum armis, & *n. ultim.* affirmat, quod licet ſtricto jure mulieres comprehendantur in ſtatuto prohibente delationem armorum, de æquitate tamen contrarium eſſe inſtituendum; prout in contingentia facti ſervatum fuiſſe teſtatur.

Ampliatur tertiò in forenſibus: 13
ex *Barboſ. n.* 4. *Caball. caſu* 129. *num.* 18. *Conciol. ubi promè reſolut.* 4. *n.* 1. qui *num.* 2. dicit hoc ex eo procedere; quia forenſis ingrediens aliquam provinciam tenetur ſe informare de ſtatutis, & conſuetudinibus dictæ provinciæ; 14
quod ſi non faciat, dicitur eſſe in ſupina ignorantia, maximè cum armorum delatio ſit prohibita de jure communi, & *n.* 4. intelligit 15
hanc ampliationem in pænâ levi, putà pecuniariâ, vel funis ictu; ſecùs in gravi, putà triremium, vel capitali, & ibi eum limitat in forenſibus de longè venientibus, & tantùm itinere arma prohibita portantibus.

Ampliatur quartò: in Docto- 16
ribus, & Advocatis, & eorum familia juxta praticam univerſalem, ferè totius orbis; quamvis attento jure contrarium videbatur dicendum ex DD. quos laudat idem *Conciol. reſolut.* 20. *per tot. Barboſ. ad dict. Ord. n.* 6.

Ampliatur quintò in habenti- 17
bus arma in domibus, vel ſtantibus in illis armatis armis, quæ per leges, vel ſtatuta, nec in domibus quis habere poteſt; prout ſunt in noſtro regno omnia arma ſulphurea, quatuor palmis breviora: *ex dict. Ord.* §. 13. *cum multis Conciol. reſolut.* 8. *per tot.* niſi conſuetudo, vel alia juſta cauſa excuſet à delatione armorum, ex eodem

*Conciol. reſolut.* 21. *per tot.* de quâ re *Peg. ad Ord. lib.* 1. *tit.* 65. §. 53. §. 78. §. 23.

18 Ampliatur ſextò, ut poſſit, & debeat judex procedere per Inquiſitionem contra arma portantes, vel in domo tenentes, licet non ſint cum illis captis, vel inventis, maximè ſi lex, vel ſtatutum jubeat judicem procedere per Inquiſitionem; prout conceditur in noſtro regno contra portantes arcabuſèta brevis menſuræ, quæ vocamus *piſtólas*, latè multis citatis de materia *Conciol. reſolut.* 11. *per tot.* niſi armorum delatio ſit momentânea: ex eodem *Conciol. reſolut.* 16. *per tot. Peg. ad Ord. lib.* 1. *tit.* 5. §. 31. *gloſſ.* 35. *num.* 113. & 114.

19 Limitatur primò hæc regula, & generalis concluſio in noſtris officialibus, familiaribusquè Sanctæ Inquiſitionis virtute privilegij quod habent in noſtro regno, & in toto ferè Chriſtiano orbe: *ex Clementina* 2. §. *fin. ubi gloſſ. de hæretic. Menoch. caſ.* 394. *num.* 6. *Decian. lib.* 8. *cap.* 3. *n.* 49. *Farinac. de varijs, ac extraord. crim. q.* 108. *n.* 101. & *in tract. de hæreſi quæſt.* 382. *num.* 92. *Sperell. deciſ.* 128. *n.* 82. *Caren. de offic. Sanctæ Inquiſitionis part.* 1. *tit.* 14. *Manſ. de confiſcation. bonor. quæſt.* 8. *n.* 40. *Barboſ. in clementina* 2. *de hæretic. num.* 9. & 10. *Ciarlin. forenſ.* 2. *part. cap.* 120. *n.* 44. *Salzed. in practic. criminal. cap.* 140. *n.* 25. *Cened. collect.* 7. *ad decretales n.* 2. *Solorzan. de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap. num.* 76. *Barboſ. de jur. eccleſiaſt. lib.* 1. *cap.* 36. §. 4. *n.* 56. *Daniel de nobilib. diſp.* 63. *n.* 44. & *in adition. n.* 9. *Conciol. reſolut.* 19. *num.* 3. *verb. arma. Cortiad. deciſ.* 30. *n.* 102. *Narbon. in l.* 20. *gloſſ.* 18. *n.* 85. *tit.* 1. *lib.* 4. *Bobadilh.* qui plures laudat *lib.* 2. *politicor. cap.* 17. *num.* 88. *Barboſ. ad Ord. lib.* 5. *tit.* 80. *n. Simanchas de catholic. inſtitutionib. cap.* 34. *num.* 24. & *cap.* 41. *num.* 15. *Penna in directorio Inquiſitorum part.* 3. *ſcholio* 214.

Quod in tantum procedit, quod 20 poſſunt Inquiſitores procedere contra judices ſeculares impedientes familiares, officialesquè Sanctæ Inquiſitionis pro armorum delatione in executionem juriſditionis Sancti Officij, illa eis auferendo, tamquàm turbatores Sancti Officij: plures *Narbon. gloſſ.* 2. *n.* 85. *cum alijs Bobadilh. lib.* 2. *politicor. cap.* 17. *n.* 88. *Solorz. dict. cap.* 24. *n.* 77. *Dian. reſol. moral.* 4. *part. tract.* 8. *reſol.* 31. & *in ſummâ* 2. *p. verb. Inquiſitorum juriſdictio n.* 25. *Seſſe de innibitionib. cap.* 30. §. 1. *n.* 193.

Ratio hujuſmodi eſt; quia Inquitores procedere poſſunt contra impedientes, vel turbantes eorum juriſdictionem, vel privilegia, & immunitates ſibi, & ſuis miniſtris conceſſas: 21 *ex bulla ſi de protegendis à Pio* 5. *prolata. Seſſe de inhibitionib. cap.* 30. §. 1. *n.* 158. *Fermoſ. in cap. cum veniſſet de judic.*

*dic. quæſt.* 10. *n.* 5. *Dian.* 4. *p. tract.* 8. *reſolut.* 65. & 104. *Narbon. in l.* 20. *gloſſ.* 24. *Farin. dict. q.* 182. *n.* 74. *Barb. in cap. ut officium n.* 14. & *in cap. ut Inquiſitionibus* 18. *de hæretic. in* 6. *Solorz. d. cap.* 24. *n.* 14. *Cortiad. deciſ.* 30. *n.* 107. *Enricus in directorio p.* 2. *q.* 54. *Sperell. deciſ.* 128. *n.* 84.

22 Limitatio hæc ampliatur ad caſum, quo familiares, officialesquè Sanctæ Inquiſitionis delinquant cum armis illis conceſſis; quia tunc puniendi ſunt pro crimine tantum, non verò pro delatione armorum, *ex Caball. caſu.* 63. *n.* 9. *centur.* 1. ubi dicit; numquam vidiſſe contrarium ſervari, *Decian. lib.* 8. *cap.* 3. *n.* 62. quod eſt generale in omnibus deferentibus arma cum ſuperioris licentiâ; niſi in interpetratione licentiæ promiſiſſent illis non abuti, latè *Conciol. verb. arma, reſolut.* 3. *per tot.* ubi plures adducit pro contrariâ pugnantes *Maſtrilh. de magiſtratib. lib.* 5. *cap.* 8. *n.* 12.

23 Ulteriùs ampliatur eadem limitatio, ut poſſint familiares, officialesquè Sanctæ Inquiſitionis arma portare, tam die, quàm nocte, etiam ſi ad hoc regiam conceſſionem non habuiſſent; quia Inquiſitores de jure poſſunt habere familiam ornatam, ſicut & E-

24 piſcopi, ut latè dicemus lib. hoc; & eodem modo, quo familia Epiſcopalis poteſt de jure portare arma, poteſt etiam familia Inquiſitorum, cum iſta non ſit de jure minus privilegiata, quàm illa; ut diximus *lib. hoc cap.* 16. *Sperell. d. deciſ.* 128. *n.* 81.

Eſt tamen primò intelligenda 25
limitatio, quoad arma prohibita in actu exercito, & executione Sancti Officij, ut probat *tx. in dict. Clement.* 2. §. *fin. de hæretic. Barboſ. de jur. eccleſiaſt. lib.* 1. *cap.* 36. §. 4. *n.* 61. *Daniel. de nobilib. in addition. ad diſp.* 63. *num.* 10. *verſ. verum. Bobadilh. lib.* 2. *politicor. cap.* 25. *num.* 9. & 28; & *cap.* 17. *num.* 88. *Farin. de hæreſi q.* 182. *num.* 90. & 93. *Aquila in allegat. pro familiaribus ſcriptâ concluſ.* 1. *n.* 114. *Cortiad. deciſ.* 30. *n.* 105. & 108.

Eſt ſecundò temperanda, quod 26
familiares, officialesquè Sanctæ Inquiſitionis in actu, & exercitio ſervitij Sancti Officij poſſint arma prohibita portare, attamen obſervare tenentur regia edicta, & leges delationis armorum circa menſuram ipſorum, ita ut deferre non poſſint in executione mandatorum Sancti Officij arma minoris menſuræ illis, quâm lex, ſeu pramatica determinat. *Aquila d. concluſ.* 2. *num.* 115. *Matheu de regimin. Valentiæ tom.* 1, *cap.* 7. §. 3. *ſect.* 1. *n.* 44. *Cortiad. dict. deciſ.* 30. *n.* 109.

Videmus traditiones has ægrè 27
eſſe ferendas, ideoquè illas probare adſtringimur. Probatur primò; quia familiares, officialesquè Sanctæ Inquiſitionis, quoad privilegia pari paſſu in jure currunt

cum

cum familiaribus, officialibusquè Epiſcoporum, ut multoties dictum, ac probatum manet; ſed familia Epiſcopum non poteſt uti armis prohibitis, niſi in ſervitio, & executione mandatorum Epiſcoporum, & in executione tenetur portare arma juxta menſuras à legibus, ſeu pragmaticis taxatas, ex *Farin. d. q.* 108. *num.* 104. *Manſinus de confiſcationib. bonor. q.* 8. *n.* 39. *Conciol. verbo arma, reſol.* 29. *num.* 4. ergo ſimiliter familia Inquiſitorum.

28 Secundò; quia miniſtri, & officiales, ſive juſtitiæ, ſive ſubſtantiæ non poſſunt portare arma prohibita, niſi in exercitio, & in executione juſtitiæ, ſeu regiæ ſubſtantiæ, & tunc etiam tenentur ſervare legis menſuras; ex DD. proximè citatis, & ultra eos *Placa in prax. delictor. lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 18. *Caball. caſu.* 107. *num.* 2. & *ſeqq. Dec. lib.* 8. *cap.* 3. *num.* 44. & 48. *Sperell.* 2. *part. deciſ.* 128. *n.* 63. *Andteol. contr.* 426. *n.* 2. ergo ſimiliter &c.

29 Tertiò; quia milites militiæ bellicæ, licet poſſint portare arma, attamen prohibita non poſſunt, niſi in exercitio bellico, ita ut ſi extra illud cum armis prohibitis capiantur, puniendi ſunt ex delatione armorum, *ex* §. 55. *regimin. auditor. general.* de cujus juriſditione agit *Maſtrilh. de magiſtratib. lib.* 5. *cap.* 16. *per tot. noſter Mideirus in ſuo perfecto milite*: ergo eodem modo &c.

Nec adverſus hoc obſtant verba noſtri tx. ibi: *porém quando cumprir haverem de ir fazer alguma prizaõ, ou qualquer outro acto de juſtiça, em q̃ ſe requeira levarem mais armas offenſivas, poderaõ levar todas as que quizerem, e lhe forem neceſſarias*, ex quibus verbis videtur illis conceſſa ampla facultas ferendi arma ad libitum ſine ullâ reſtrictione, & conſequenter videntur corruere proximè dicta, cum plenum, & liberum arbitrium importet liberam facultatem, nullis adſtrictam regulis: 30
*ex Barth. in extravag. ad reprimendam in verb. videtur num.* 3. quam refert *Tuſc. literâ A. concluſ.* 476. *num.* 1. *Menoch. de arbitr. quæſt.* 6. *lib.* 1. *Aymon. conſ.* 190. *num.* 5. *Seraphin. de privileg. jurament. privilegio* 132. *n.* 13. & *num.* 81. *Roland. conſ.* 2. *n.* 18. *lib.* 1. & *conſ.* 59. *n.* 52. & *conſ.* 55. *n.* 15. & 47. *lib.* 3. *Lançalot. de attentat. cap.* 12. *limitation.* 10. *num.* 8. 11. & 15. *Menoch. de arbitrar. quæſt.* 7. 8. 9. & 37. ubi ad ſaturitatem invenies, quando, & quibus verbis à lege, vel ab homine arbitrium liberum, ſeu regulatum dicatur, & melius *Barboſ. de clauſul. clauſulâ* 6. 31

Non inquam obſtant: nam ubicumque aliquid committitur per verba denotantia arbitrium, ſemper intelligitur regulatum arbitrio boni viri, & juris regulis: *ex Cravet. conſ.* 611. *n.* 11. & 657. *num.* 56. *Menoch. conſ.* 67. *num.* 4. & 5. 32

& 5. *Tuſcus literâ A. concluſ.* 470.
33 *num.* 2. & maximè in materiâ privilegiorum, quorum verba interpetranda ſunt, quominùs lædant jus commune.

34 Venit ex hoc, quod ſi famiares, & officiales Inquiſitorum, vel Epiſcoporum, vel juſtitiæ, aut ſubſtantiæ, vel milites extra actum, & exercicium ſuorum officiorum inveniantur cum armis prohibitis, vel etiam in executione, & exercitio, ſi illa portent minoris menſuræ, quam lex permittit, capi poſſunt à miniſtris, & eorum officialibus abſque ullo metu; quia cum ad hoc non habeant privilegium, juriſditioni Ordinariæ ſubjiciuntur: *Aquila dict. concluſ.* 2. *à num.* 106. *uſque ad* 118. *Cortiad. dict. deciſ.* 30. *num.* 100. ubi dicit de hoc in regno Caſtellæ ſtare concordiam.

35 Temperabis tamen proximam reſolutionem eo in caſu, quo prædicti officiales, & familiares deferant licentiam Inquiſitorum: *ex Aquila dict. concluſ.* 2. *num.* 115. *Cortiad. deciſ.* 30. *num.* 109. vel milites ſuorum ſuperiorum ex re-
36 gimine auditoris generalis *dict.* §. 55. ubi ad evadendam pœnam delationis armorum prohibitorum militibus ſufficit licentia ſuperiorum, ſive in ſcriptis, ſive verbalis, & in caſu licentiæ verbalis eſt ſtandum *ex d.* §. 55. aſſertioni ſuperiorum militum, quod etiam ex paritate rationis extende ad Inquiſitores.

Hic aliqua non importunè ro- 37
gabis, quæ quotidiè contingunt. Primo rogare potes: Utrum judex, ſeu ejus officialis poſſit capere, & armis ſpoliare familiares, officialesquè Sanctæ Inquiſitionis, milites, & cæteros, qui arma prohibita deferre poſſunt in actu juriſditionis minoris menſuræ, cum licentiâ ſuperioris, ſi eam in ſcriptis non demonſtrent, & tantum verbaliter habere affirment? Affirmativè reſolvimus.

Primo; quia circa qualitatem 38
privilegij non ſtatur aſſertioni partis, imò ejus qualitas probari debet, maximè quando exceptio, quæ contra illud opponitur, oritur ex ventre ipſius privilegij, ut latè probant *Seraphin. deciſ.* 332. *n.* 6. & 7. prout in præſenti *Narbon. in l.* 60. *gloſſ. unic. à n.* 66. *tit.* 4. *lib.* 4. *recopilation. Cancer.* 3. *var. cap.* 3. *num.* 77. & 78. ubi dicit aſſertioni Principis ſtandum, quando, & quomodo.

Secundò, quia fundans inten- 39
tionem ſuam in aliquâ diſpoſitione qualificatâ, debet probare qualitatem: *ex l.* 1. §. *de ſuo commodo* §. *quid autem ff. ne quid in flumin. public. l. Prætor* 51. §. *cum ff. de vi bonor. raptor. Phœb.* 2. *p. areſt.* 30. *verſ. ſcias pluribus.*

Tertiò; quia quandò actor, 40
planè intentionem ſuam fundat, neceſſe eſt, quod reus exceptionem ſuam plenè probet, alioquin probatio actoris non confunditur. *Barthol. in l. admonendi* 5. *n.* 50. *& ibi*

*& ibi Ripa n.* 211. *ff. de jure jurand. Barthol. in leg. non ſolum* §. *ſed ut probari ff. de novi operis nunciatione. Abb. in capit. dudum de electiōn. col. fin. verſic. tertij facit*: at in iſto caſu intentio judicis, ſeu officialis plene eſt probata ex juris communi diſpoſitione: ergo.

41 Quartò; quia in propriâ cauſâ nemo etiam juratus admittitur: *ex cap.* 6. 12. 20. 24. 39. 44. *&* 51. *de teſtib. Gomes var.* 3. *cap.* 9. *num.*
42 1. nec in eâ, in qua intereſſe, vel affectionem habere poteſt. *Valenſuel. conſ.* 77. *n.* 5. *Carlev. tit.* 3. *diſput.* 4. *n.* 9. *Matheu de re criminal. controv.* 18. *n.* 53. *& controv.* 61. *num.* 4. & ſi intereſſe ſit modicum; *ex Ricc.* 3. *part. collec-*
43 *tan.* 527. & ideò creditor in debitoris cauſâ non poteſt eſſe teſtis: *ex Merlin. lib.* 4. *de pignorib. tit.* 5. *quæſt.* 187.

44 Quintò; quia agenti de ſe exonerando non creditur, *ex Cyriac. controv.* 487. *Giurb. obſerv.* 81. ubi de eo, qui rem miſſam alicui tradidiſſe deponit. *Oldrad. conſ.* 170. *Cravet. conſ.* 5. *n.* 5. *Roland. lib.* 2. *conſ.* 1. *n.* 58.

45 Stat ſextò, quia ſi crederetur illis, aperiretur via delinquendi; nam omnes ſiſi ſuæ aſſertione eſſe ſtandum talia arma ſemper portarent impuniti; ſed via delictis non eſt aperienda, ſed potiùs evitanda.

46 Stat ſeptimò; quia mandatum non præſumitur, ſed eſt probandum; præcipuè in arduis.

Secundò interrogare potes: 47
Utrùm judex, ſeu ejus officialis poſſit capere familiares, ſeu officiales Inquiſitorum, Epiſcoporum, & aliorum inventos cum armis prohibitis, ſi dicant eſſe, vel ire in exercitio miniſterij ſuorum officiorum; quando de hoc non conſtat, niſi per ſuas aſſertiones? Reſpondemus affirmativè ex fundamentis in proximâ quæſtione expenſis, & illo præcipuo, quod aſſertioni alicujus non creditur, quando agit de commodo ſuo, etiam ſi aſſerens Princeps ſit, ex DD. in primo fundamẽto citatis, quibus adde *Brun. conſ.* 154. *Cravet. de antiquitat.* 48
*tempor.* 1. *p. n.* 5. *&* 6. *Decian. conſ.* 345. *Mobeda deciſ.* 3. *aliàs* 286. *de feudis Ancharran. conſ.* 398. *ad fin.* ubi dicit *Clementinam unicam de probationibus* non procedere, quando Princeps aliquid aſſerit in tertij præjudicium, aut contra jura, & *Geminian. conſ.* 53. *Roland. d. conſ.* 1. *num.* 58. *lib.* 2. *fusè Maſcard. de probationib. concl.* 1227. *per tot.*

Declara tamen has duas quæ- 49
ſtiones, quod ubi primum conſtiterit prædictos familiares portare arma cum licentia ſuorum ſuperiorum eſſe à carcere relegandos, & ad hoc ſufficere aſſertionem ſuperiorum.

Tertiò interrogare potes: 50
Utrùm prædicti familiares, ſeu officiales ſint poſt capturam remittendi ad ſuos judices, vel poſſet

judex cognoſcere de delicto delationis armorum ordinariæ, & illos
51 punire? Pendit ſolutio hujus quæſtionis ab examine alterius; nempe crimen delationis armorum contra leges, vel pragmaticas regias ſit crimen exceptuatum, nec ne?

52 Affirmativa ſententia nititur primò; quia familiares, officialesquè Inquiſitorum, & Epiſcoporum tenentur regias pragmaticas obſervare, tam circa delationem armorum, quàm circa præſcriptam normam, & menſuram *Matheu de regimin. Valentiæ tom. 2. cap. 7. §. 3. ſect. 1. num. 44. Cortiad. deciſ. 30. num. 109. & 100. Narbon. l. 20. gloſſ. 21. n. 50. tit. 1. lib. 4. recopilation.* ubi *num.* 51. agit de familiari incedēti contra regias prag-
53 maticas, & *n.* 52. de introducente, aut extrahente merces prohibitas, aurum, vel argentum, & monetam, & omnes prædicti reſolvunt ſubjectos manere judicibus ordinarijs, & declinatoria fori non obſtante ab illis puniri poſſe, ad quorum ſententiam videntur inclinare *Carlev. tit. 1. diſp. 2. n. 522. Vella deſert. 44. n. 46. & 47.*

Undè *Matheu dict. ſect. 2. num. 38. Merlin. forenſ. cap. 125. num. 45.* reſolvunt familiares, officialesquè Sancti Officij non gaudére privilegio fori in delictis delationis tormentorum manualium.

54 Confirmatur; quia privilegium omninò videtur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate, *ex cap. privilegium* 63. *ibi gloſſ. 11. quæſt. 3. capit. ubi iſta 7. deſtinct. 74.*

Negativa firmatur ex eo; quia caſus iſte non eſt exceptuatus in noſtro tx. & ſi lex noſtra voluiſſet illum exceptuare, & eximere, expræſſiſſet, *ex l. ſi ſervum §. Prætor ait verſ. non dixit prætor ff. de adquirend. hæredit. & l. ſi verò 65. §. de viro ff. ſolut. matrimon* ibi: *nihil in lege ſcriptum eſt, & hoc habeo quaſi amiſſum.* annotat *tx. in cap. ad audiendum de decim.*

Juvat etiam regula, quæ habet, quod ſpecialiter denegatur in uno caſu, in alijs prohibitum non cenſetur; deducta *ex lege maritus cod. de procuratorib. l. quod habeo ff. de compenſationib. DD. ad text. in lege cum Prætor ff. de judic. & ex noſtr. tx.* ibi: *em os quais caſos conhecerdō as juſtiças ſeculares contra os ditos familiares, e naõ em outros por graves que ſejaõ.*

Fundamenta, quæ in noſtro regno concludunt negativam ſententiam eſſe in illo amplectendam, & ſequendam. Et retenta: Reſponde ad primum contrariæ fundamentum, verum eſſe familiares teneri ſervare regias pragmaticas, ſed ex hoc non ſequi privilegio fori non gaudere: nam etiam familiaris tenetur alterum non lædere, & tamen ſi alterum vulneraverit, ex hoc non colligitur privilegio fori non gaudere.

Similiter reſponde ad ſecundū, verum

verum eſſe privilegium amittere meritò, qui illo abutitur, ſed regulam hanc non pertinere ad hũc caſum cum in illo non ſtemus in caſu abuſionis privilegij, ſed in caſu: Utrũ familiaris utẽs armis prohibitis puniendus ſit à judice Ordinario.

59 His ſtantibus, jam patet familiares, officialesquè Inquiſitorum, Epiſcoporum, & aliorum, qui in criminibus foro privilegij gaudent inventi armis prohibitis, vel conceſſis abutentes ad illum finem, propter quem conceſſa ſunt, veluti in rixibus, in domibus meretricium, in lupanario publico, in tripudijs publicis, & cauponis, in locis ſuſpectis capiendos eſſe à judicibus Ordinarijs, & ab eorũ officialibus, ſed illicò abſque eo, quod in carcerem publicum detrudantur ad ſuos privativos judices eſſe remittendos, ſi in loco adſint, ſi verò extra, quàm primum eſſe potuerit ſine ullo proceſſu, præter auctum inventionis.

60 Probatur concluſio primò; quia ut probatum manet delatio armorum prohibitorum, vel abuſus permiſſorum non eſt crimen exceptum: at in omnibus criminibus, non excluſis in privilegio ſunt judices, quoad officiales Inquiſitores, & quoad familiares judices fiſcales privativè, cum denegatione eorum judicum: ergo &c.

61 Corroboratur ſecundò; quia de exceſſu, ſeu abuſu privilegij cognoſcit judex conſervator, ipſius privilegij: ratio eſt; quia ipſe meliùs, quàm alius ſcit, quouſque privilegia ſuorum privilegiatorum ſe extendant, & ob quam cauſam privilegia largiantur, *ex Caren. de offic. Sanctæ Inquiſitiònis tit.* 14. §. 4, *n.* 15.

Corroboratur tertiò ex expreſſa Ordinatione *lib.* 2. *tit.* 62. §. 4. ubi legislator noſter decidit, quod ſi aliquis officialis juſtitiæ, vel die, vel nocte propter quaſcũque cauſas apprehẽderit monetariũ, illũ teneatur ante incarcerationẽ coram judice, & cõſervatore monetæ ferre, qui quidẽ judex cognoſcere debet, an captus ſit de numero monetariorũ, vel non; ita ut in primo illũ jubeat ad carcerẽ monetariorũ; in ſecũdo illũ temittat ad judicẽ Ordinariũ, & procedẽdo ad ulteriora, inquit *tx*. qd; officialis cõtrariũ faciens incurrat viginti aureorũ pœnã. 62

Ratio hujus deciſionis præter allatam eſt; quia cum juriſdictio conſervatoris monetariorum ſit privativa, non poſſunt alij judices cognoſcere de illis cauſis, etiam ex prorogatione partis, ut tradit *Barboſ. ad dict. Ord. dict.* §. 2. ubi etiam remiſſivè, quandò juriſdictio dicatur privativè conceſſa *Phæb.* 2. *p. areſt.* 99. ubi ex eâ ratione judicatum refert arma cujuſdam famuli monetarij fuiſſe per ſententiam ei reſtituta, ex eâ tatione, quia per alium judicem, qui non erat conſervator monetæ fuerunt condemnata.

Et multò fortiùs hoc procedit in officialibus, ac familiaribus Sanctæ 63

ctæ Inquiſitionis; tùm quia juriſditio, quoad illos Inquiſitoribus conceſſa, & quoad iſtos judicibus elargita eſt cum clauſulis abdicativis, & irritantibus; tùm quia privilegia familiarium, officialiumquè Sanctæ Inquiſitionis ſunt maiora monetariorum, & illi magis privilegiati, quam iſti: *ex Phæb. d. areſt.99.verſ.ad aliud*, & expreſſa deciſione regia, de qua *in cap.* 3.

65 Corroboratur quartò: *ex* §.55. *regimin. auditoris generalis*, ubi milites capti, & inventi armis prohibitis ſunt puniendi per auditores generales, & minimè per judices ordinarios, quod à fortiori dicendum eſt de militibus cæleſtis militiæ, quales ſunt officiales, familiaresquè Sanct æ Inquiſitionis.

66 Redeundo iterùm undè digreſſi ſumus. Limitur ſecundò, prima, & generalis concluſio in noſtris officialibus, familiaribusquè, militibus, & familiaribus Epiſcoporum, quoad enſem, pugillum, & adagam, & quoad omnia alia arma offenſiva; quia hæc vir-
67 tute ſuorum privilegiorum poſſũt ferre, ſive die, ſive nocte, vel ante ſonum campanæ, vel poſt illum, quoniam ſi illa portare minimè potuiſſent poſt ſonum campanæ, inutile illis remaneret prædictum privilegium, ſiquidem omnes prædicta arma ſecundùm ordinatio-
68 nem *lib.* 5. *tit.* 80. *in princ.* deferre poſſunt, & privilegium ſemper intelligendum eſt, ut aliquid juri communi détrahat, vel addat; ut diximus *cap.* 2.

Deducitur hoc, *ex Ord. lib.* 5. 69
*tit.* 80. §. 10. ubi inquit ligislator privilegiatos in Civitate Ulyſipponenſi non poſſe portare arma virtute cujuſcumque privilegij, etiam quibuſcumque clauſulis nocte extra horas, aliàs adverſus illos procedatur, tamquàm ſi privilegiati non eſſent, dummodò arma, quæ ſecũdùm privilegia ferre poſſunt, illis minimè capiantur, & tantùm pro delatione in quingentos condemnentur, ex quâ exceptione curiæ regula in cæteris civitatibus, & oppidis in contrarium firmatur juxta regulam, quod exceptio alicujus firmat regulam in contrarium, deducta *ex l. quæſitum* §. *de-* 70
*nique ff. de fund. inſtruct. l. nam quod liquidè* §. *fin. ff. de pænu legat. cap.* 2. *de conjug. ſponſor. Barb. in princip. juris literâ C. num.* 5. *& l.* 1. *n.* 17. 18. *&* 20. *multis relatis alter Barb. de axiomat. juris utriuſque axiomâ* 85. ubi latè de ampliatione, & limitatione ejuſdem reg. *Roland. tom.* 3. *conſ.* 80. *n.* 53. ubi dicit exceptionem firmare regulam in exceptuatis.

Facit etiam; quia in omnibus 71
regulare eſt, ut arma non prohibita ab illis non auferantur, etiamſi nocte extra horas reperiantur, ſi illa nocte campana tacta non ſit, ut refert judicatum *Phæb.* 2. *p. areſt.* 131. & in Hiſpania eſt ſimilis *in l.* 5. *tit.* 6. *novæ recopilationis, de quâ agit Bobad. in politic. lib.* 2. *cap.* 13. *Grat. forenſ. cap.* 6. *n.* 22.

Vel

72 Vel ſi lucernam, & lumen ſecum ferat; quia etiam in iſto caſu regulare, eſt arma ſic conceſſa nocte etiam poſt ſonum campanæ ferre poſſe, ut judicatum tradit *Phæb.* 1. *p. areſt.* 166. ex ea ratione; quia ex lege Hiſpaniæ portantibus lumina, arma ſic conceſſa etiam poſt ſonum campanæ nocte non capiuntur, ut virtute dictæ *legis* 5. *tit.* 6. *tradit Bobadilh. d. cap.* 13. *n.* 66. *Plac. de delict. cap.* 8.

73 Quæ lex licet in noſtro regno ſervanda non ſit ex vi ipſius, ſervari debet ex vi rationis, quâ fundatur; & etiam, quia regulare eſt, quod deficientibus legibus proprij regni, vel communibus recurrendum eſt ad leges regni vicinioris,

74 ex his, quæ congerit *Cravet. conſ.* 206. *n.* 14. *& conſ.* 358. *n.* 8. *Boer. deciſ.* 263. *n.* 9. *Valaſc. conſ.* 51. *n.* 48. *&* 211. *num. fin. gloſſ. in cap.* 3. *de cognatione ſpirituali verb. circum adjacentium.* Undè meritò ab iſtis regulis generalibus excipiendi ſunt noſtri officiales, familiaresquè Sanctæ Inquſitionis, & cæteri privilegiati portantes nocte ſine lumine, & poſt ſonum campanæ arma, quæ juxta ſua privilegia die ferre poſſunt.

75 Sublimitabis tamen iſtam limitationem, quandò privilegiati ad arma ferenda inveniantur in locis ſuſpectis, vel operando aliquid, quo operari non debuiſſent; ex noſtro tx. ibi: *naõ ſendo achados com ellas em lugares ſuſpeitoſos, ou deshoneſtos, ou fazendo o que naõ devem:* quia tunc capi poſſunt, ut ad ſuos judices remittantur; nam privilegium datur ad uſum, non verò ad abuſum.

Limittatur tertiò in famulis familiarium, officialiumquè Sancti Officij, & cæterorum miniſtrorum illos aſſociantibus in executione, & exercitio ſuorum officiorum; quia tunc etiam poſſunt ſervata menſura legis ferre arma prohibita: *ex Caball. caſu* 107. *n.* 2. *cent.* 2. ubi dicit, quod poſſunt etiam ſecum ducere perſonas armatas pro eorum ſecuritate: *Manſinus de confiſcation. bonor. q.* 8. *n.* 37. *Corial controv.* 152. *n.* 11. ubi loquitur de curialibus, & officicialibus Principis; *Ant de Bella tract. criminali lib.* 5. *de pragmatica regiâ tit.* 41. *num.* 3. *Andreol. controv.* 427. *n.* 2. ubi de curialibus Principis *Sperell. deciſ.* 128. *num.* 63. *part.* 2. 76 77

Intellige concluſionem, ut familia officialis appellatione ad effectum, de quo ſupra veniat, non ſolum, qui ſtat in eâdem domo ad panem officialis, ſed etiam illi, qui inſerviunt manendo extra domum recipiendo ab officiali mercedem in ſingulos dies, vel annum, ex quâ vivere poſſunt, cum adhuc dicatur cum eo ſtare ad panem conſiderato effectu, qui magis attenditur, quam verborum ſonus. *Berretus conſ.* 150. *per tot. Caball. caſu* 290. *per tot. cent.* 3. *Barb. de appellat. verbo ſignificat, appellat.* 96. *in princ.* 78 79

Sequi-

80 Sequitur ex eâdem concluſione familiam officialium, nec ipſos officiales tempore ſindicatûs non poſſe ferre arma, cum non ſint in actu, & exercitatione officij: *ex Farinac. de varijs, ac diverſ. criminib. q.* 108. *n.* 12. licet contrariam ſententiam teneat *Dec. lib.* 8. *cap.* 3. *num.* 45. ex eo; quia adhuc reliquiæ dignitatis durare dicuntur, & ideò idem honor eis debeatur.

81 Limitatur quartò in deferentibus arma prohibita pro occidendis Bannitis, *ex Menoch. de arbitrar. caſ.* 294. *n.* 73. *& caſ.* 574. *Farin. conſ.* 101. *n.* 26. *lib.* 1. *Manſ. d. q.* 8. *n.* 34. quia aliquo enim conceſſo cenſetur conceſſum omne id, per quod pervenitur ad illud, *ex tx. in l. ad rem mobilem* 50. *ff. de procuratorib. l.* 2. *ff. de juriſditión. Barb. axiomâ* 178. *in fin.*

82 Extende limitationem ad arma venenata, quia licet delictum commiſſum cum armis venenatis graviùs puniatur; ut latè ampliat, & limitat *Conciol. verbo arma, concluſion.* 9. *à n.* 1. *uſque ad* 3. attamen illis uti poteſt ad bannitos occidendos, ſicut arma minoris menſuræ, ut archibuſètum, & piſtóla. *Urcillus in examine apud concluſ.* 143. *n.* 79.

83 Extende iterum; quia licet accommodans arma ad occidendum, & vulnerandum eâdem pœnâ teneatur, quâ occidens, vel vúlnerans, *ex Conciol. reſolut.* . *per tot.* attamen hoc non procedit in accõmodante ad occidendũ bannitum.

Limitatur quintò in deferentibus arma ligata; ita ut cum illis neminem offendere poſſe: *Bajard. ad clarum* §. *fin. q.* 82. *n.* 72. 84
*Farin. d. q.* 108. *n.* 83. ubi dicit concluſionem procedere, quandò arma ſunt ita ligata, ut ad offendendum apta non ſint, aut cum difficultate; ita ut non poſſint ad libitum deferentis diſſolui, aliàs ſecus *Ant. de Ball. lib.* 4. *quæſt.* 3. *n.* 50. ubi deportante arma ligata ſuper ſiliam *Conciol. reſolut.* 15. *per tot.* ubi quandò arma ad nocendum non dicantur apta. 85

Non procedit in eo, qui defert arma ligata permanente in civitate per eam deambulando, quia tunc propter contemptum non effugit pœnam extraordinariam, ex *Farinac. d. q.* 56. *Menoch. d. caſ.* 394. *n.* 31. *in addition.* 86

Plures poſt *Ord. lib.* 5. *titul.* 80. circa delationem armorum in noſtro regno fuerunt promulgatæ leges, quas tranſcribere volúimus, nè propter earum ignorantiam in errorem aliqui miſerrimè incidant, quarum tenor ſequens eſt.

*Ley ſobre as eſpingardas, piſtólas, e piſtoletes.*

DOM Joaõ por graça de Deos Rey de Portugal, e dos Algarves dàquem e dàlem mar, em Africa, Senhor de Guinè, e da conqui-

conquiſta, navegaçaõ, commercio de Ethyopia, Arabia, Perſia, e da India &c. Faço ſaber aos que eſta minha ley virem, que ſendo eu informado, que de noite uſaõ muitas peſſoas a trazer eſpingardas, piſtólas, e piſtoletes, de que reſultaõ taõ grandes incõvenientes, e que ſe naõ podem atalhar pelos meyos Ordinarios do cuidado das juſtiças, pela facilidade, com que encontrando-ſe com os Miniſtros della, as peſſoas, que trazem as tais armas, as deixaõ cahir no chaõ; e as tornaõ a cobrar deſpois, attrevendo-ſe por ellas a ſolturas, e couſas dignas de remediar, e prover nellas, como convém a meu ſerviço, bem, ſegurança, e quietaçaõ de meus vaſſallos: Hey por bem, e mando, que daqui em diante ſe devaſſe das peſſoas, que de noite trazem eſpingarda, piſtolete, ou piſtóla contra a ley, que já ſobre a prohibiçaõ de ſemelhantes armas mandei paſſar, e dos officiaes de juſtiça, que as achaõ, e as naõ acoutaõ, e que por tudo ſe pergunte nas devaſſas geraes, e nas reſidencias, que ſe tomarem aos Julgadores, e officiaes de juſtiça; e porque da meſma maneira convém prover, para que naõ hajaõ, nem ſe tragaõ eſtoques, punhaes, ou facas de ponta de diamante, aſſim pelas irremediaveis feridas, que fazem, como pela facilidade, com que as ditas armas ſe encobrem: hey outro ſi por bem, e mando, que nenhuma peſſoa traga faca, venda, concerte, nem alimpe nenhuma das ditas armas, ſob pena de dous annos de degredo para Africa, e cincoenta cruzados para o acuſador, e captivos; e mando a todos os Corregedores, Ouvidores, Juizes, e mais juſtiças, cumpraõ, guardem, e executem eſta ley, ſem exceiçaõ de peſſoa alguma: e ao Doutor André Velho de Affonſeca do meu Deſembargo, e Corregedor do crime de minha Corte, que hora ſerve de Chanceller mór, ou quem o dito cargo ſervir, a faça publicar logo na Chacellaria, e envie o traslado della ſob meu ſello, e ſeu ſignal a todos os Corregedores, e Ouvidores deſtes Reynos, e Senhorios, para a fazerem publicar em ſuas juriſdiçoens, e a executarem como nella ſe contém, a qual ſe trasladará no livro da Meza do Deſembargo do Paço, e nos das caſas da Supplicaçaõ, e Relaçaõ do Porto, em que ſe regiſtaraõ ſemelhantes leys. Dada na Cidade de Lisboa a vinte de Janeiro. Antonio de Moraes a fez &c. Antonio Sanches Farinha a fez eſcrever.

R E Y.

*Outra ley ſobre a meſma materia.*

DOM Joaõ por graça de Deos Rey de Portugal, e dos Algarves dàquem, e dàlem mar em Africa, Senhor de Guiné, e da

e da conquiſta, navegaçaõ, commercio de Ethyopia, Arabia, Perſia, e da India &c. Faço ſaber aos que eſta minha ley virem, que pelos muitos delictos, e homicidios, que com as armas de fogo menos de marca (pela mayor facilidade, com que ſe podem trazer, e encubrir) ordinariamente ſe commetem, foi por ley, e Ordenaçaõ do Reyno geralmente defezo, que nenhuma peſſoa trouxeſſe de dia, nem de noite, nem tiveſſe em ſua caſa arcabús de menos comprimento, que de dous, e deſpois de quatro palmos em cano, nem official algum os pudeſſe fazer, nem conſertar, e os que foſſem achados ſe quebraſſem perante as juſtiças, que os tomaſſem, accreſcentando as penas dos crimes, que com elles ſe commeteſſem, e fazendo caſo de devaça o quebramento da dita ley, e Ordenaçaõ. Porém ſuccedendo depois com minha legitima ſucceſſaõ, e reſtituiçaõ ficar o Reyno em guerra, e armas com o de Caſtella, ſe lançaráõ bandos, e ordẽs, porque ſe permitiráõ todas as armas de fogo com diverſas limitaçoens, e declaraçoens, conforme as occaſioens, que ſuccederaõ, de que ſe ſeguiráõ duvidas ſobre o entendimento, uſo, e penas das ditas armas, e em particular das menos de marca, e creſcerem juntamente os delictos, que com a impunidade delles ſe commetem. E querendo eu de modo prover no prejuizo da permiſſaõ da dita arma, que comtudo ſe naõ prive o Reyno do uſo della na marca, que para as occaſioens, que nos actos de guerra, e outros ſe conſideraõ. Hey por bem de mandar, e declarar, (como faço) que nenhuma peſſoa de qualquer qualidade, que ſeja poſſa trazer, nem ter em caſa arma de fogo, que tenha menos de palmo, e meyo de craveira em cano, nem ſe poſſa trazer de fóra, nem meſtre, e official algum a poſſa fazer, nem concertar, porque a dita arma de menos deſta marca em todo, e por todo hey por defeza, e prohibida em meus Reynos, e Senhorios, e os tranſgreſſores, que contra a forma deſta ley forem comprehendidos incorreráõ nas meſmas penas, que por minhas Oadenaçoens eſtaõ já impoſtas, e aſſim aos que com ellas atirarem, ferirem, ou matarem; e as que forem achadas, ou trazidas de fóra ſe quebrem, conforme as ditas leys, e Ordenaçoens, as quaes para eſte caſo hey por eſtabelecidas, renovadas, e confirmadas. Porém paſſando a dita arma de fogo da dita marca de palmo, e meyo até quatro palmos de vara craveira em cano, havendo eu reſpeito a poder ſervir nos ditos actos, e occaſioens de guerra, e outras a diante neſta ley declaradas. Hey por bem, que as poſſaõ haver no Reyno, e ſe poſſaõ fazer, e concertar; e ter em caſa com declaraçaõ, que as peſſoas, que as tiverem

rem as naõ poſſaõ ter carregadas, nem em caſa com polvora, nem pelouro, ou muniçaõ, nem peſſoa alguma as poſſa mandar concertar, nem levar ao official, nem trazer, ſe naõ deſpois do Sol ſahido, e antes de ſe pôr, e iſto com os fechos fóra da coronha, e nem o dito meſtre, e official as poderà aceitar, ou tornar a dar, ſe naõ no dito tempo, e na dita fórma, e o meſmo ſe entende mudando-ſe de huma caſa, ou terra para outra: O que tudo ſe entenderà, ſalvo em occaſiaõ, e acto de guerra, como na fronteira, tocando-ſe a rebate, ou a ſahir às Companhias nas levas de huns lugares para outros, e entradas, ou comboy, indo com ſeus Capitaens, ou Cabos, aos quaes os ditos actos, e facçoens forem commetidas, e encarregadas. Naõ ſe entendendo porém eſta permiſſaõ nos lugares aonde os ſoldados eſtiverem alojados, ou forem viſinhos, e moradores nas fronteiras, nem nos das ordenanças, naõ ſendo nos actos, ou fórma referida; e outro ſi os Miniſtros, e officiaes da juſtiça, Corregedores, Provedores, Ouvidores, Juizes de fóra, e que vaõ a commiſſoens, crimes de devaças, alçadas, e prizoens, para que ſejaõ reſpeitados, e poſſaõ acudir ſeguramente às obrigaçoens de ſeus cargos, e diligencias, que lhes ſaõ commetidas, e pela confiança, que tenho, que uſaràõ deſta faculdade como devem. Hey por bem que poſſaõ ter, trazer, e levar durante os ditos cargos, e commiſſoens a dita arma de fogo de quatro palmos, até tres, e meyo carregada de dia, e de noite, e aſſim as peſſoas, a que elles as derem para os acompanharem em quanto forem em ſua companhia ſómente; e naõ deſpois de ſe apartarem delles, ainda que digaõ, que vem chamados para os acompanhar, ou que ſe vem recolhendo, tendo-os acompanhados, porque a dita faculdade ſe lhe concede ſómente em quanto eſtiverem com os ditos officiaes de juſtiça. E tendo conſideraçaõ ao muito, que importa, que eſta ley, e defeza ſe guarde, e execute inviolavelmente com as penas na Ordenaçaõ eſtatuidas, e ao que para eſte fim eſtava ordenado por reſoluçaõ de vinte, e nove de Novembro do anno de ſeiſcentos, e quinze. Hey por bem de derrogar (como faço) para cumprimento deſta ley todos, e quaeſquer privilegios dados por mim, e pelos Reys meus anteceſſores, poſto que incorporados ſejaõ em direito, e que por contrato concedaõ; que poſſaõ trazer quaeſquer armas defezas, porque todas hey por derogadas para eſte fim, e que ſe naõ entendaõ neſtes caſos. E os ſoldados aliſtados, que gozarem do privilegio do foro, ſeràõ commetidos a ſeus ſuperiores prezos, para ſerem condemnados nas ditas penas deſta ley, e

Ordenaçaõ; e outro ſi na conformidade da dita reſoluçaõ, e ley feita deſpois da Ordenaçaõ. Hey por bem de fazer caſo de devaça todos os que ſe commeterem contra eſta prohibiçaõ, e que eſtas devaças tirem os Julgadores deſta Cidade de Lisboa, e perguntem por os tranſgreſſores nas devaças geraes, que tiraõ por ſeu regimento. E nas mais partes do Reyno os Juizes, e Corregedores das Comarcás, e os Provedores nos lugares, onde naõ entraõ por Correiçaõ nos tempos, em que tiraõ as mais devaças Ordinarias; e ſe accreſcentará capitulo no Regimento dos Syndicantes, porque ſe pergunte, ſe cumprem os Syndicados com eſta obrigaçaõ. Ordeno mais, e mando, que as peſſoas, que por qualquer maneira forem comprehendidas neſta ley, e armas de huma marca, e outra neſta Corte, e cinco legoas ao redor, ſejaõ logó remetidas ſuas culpas, e livramentos aos Corregedores do crime da Corte, e pela meſma maneira viráõ a elles direitamente todas as appellaçoens, e aggravos, que deſpacharáõ conforme os caſos, com o numero de Deſembargadores, que requer a Ordenaçaõ, naõ ſendo porém neſtes caſos com menos, que dous adjunctos; e nem no que tóca as penas das armas ſe remeteráõ ao juizo da Coroa, ſem embargo da Ordenaçaõ, porque ſe lhe commete em ſeu titulo, e nem aos comprehendidos, e culpados no caſo deſta ley ſe concederá Alvará de fiança para ſe livrarem ſoltos, como por decreto de dezoito de Janeiro do anno de ſeiſcentos, e quarenta e dous, tenho ordenado ſem ſe me conſultar primeiro pelo Tribunal, a que pertencer; o que tudo ſe cumprirá inteiramente, como nella ſe contém, e ſe entenderà nas ditas armas das ditas duas marcas de menos de palmo, e meyo, e menos de quatro palmos, porque dahi para cima as mais armas defezas ſe regularáõ pelas outras leys, e Ordenaçaõ na permiſſaõ, ou prohibiçaõ, e penas dellas, e crimes com ellas commetidos, e tudo o mais no tocante a ellas ordenado, em quanto naõ mandar o contrario; e para que venha à noticia de todos, e ſe naõ poſſa allegar ignorancia contra o contheudo neſta ley, mando ao meu Chanceller mór a faça publicar na Chancellaria, e inviar a cópia della impreſſa ſob meu ſello, e ſeu ſignal às Comarcas do Reyno para ſe executar, e cumprir inteiramente, e ſe regiſtarà nos livros do Deſembargo do Paço, e nos das caſas da Supplicaçaõ, e Relaçaõ do Porto, onde ſemelhantes leys ſe coſtumaõ regiſtar. Dada na Cidade de Lisboa a quatro de Outubro. Antonio de Moraes a fez. Anno do Naſcimento de Noſſo

Senhor

Senhor Jeſu Chriſto de mil, e ſeiſcentos, e quarenta, e nove. Luiz de Abreu de Freitas as fez eſcrever. REY.
Dom Pedro Preſidente.

*Ley ſobre as facas de ponta del-Rey Dom Pedro de 23. de Julho de 1689.*

Que nenhuma peſſoa de qualquer qualidade, ou condiçaõ, que ſeja uſe, ou traga comſigo faca aguda de ponta de diamante, ſovélla, ou de ponta de oliveira, ou quaeſquer outras, que ſejaõ agudas na ponta por qualquer modo, porque as hey por defezas, e prohibidas, excepto as que forem neceſſarias aos Carniceiros para ſeu uſo, com pena de dous annos de Africa, e cincoenta cruzados para o accuſador, e captivos, e as meſmas penas teráõ os officiaes, que as fizerem, e ſómente poſſaõ uſar de facas cortadas na ponta, ou rombas, ou ſejaõ feitas no Reyno, ou fóra delle &c.

*Ley del-Rey Dom Pedro de 12. de Septembro de 1669. que quem tiver arcabûs de murraõ, poſſa tambem uſar de eſpingarda de pederneira.*

Que toda a peſſoa, que tiver arcabûs de murraõ, poſſa tambem uſar de eſpingarda de pederneirâ, e d'outra maneira naõ, ſob pena, que achando-ſe o contrario, pagará qualquer peſſoa, que for achada com ella vinte cruzados, ametade para captivos, e a outra ametade para o accuſador, e irá degradado hum anno para Africa &c.

## CAPUT X.

De privilegio activo, & paſſivo hoſpitalitatis vulgò *apoſentadorias* familiaribus, officialibusquè competenti?

### SUMMARIUM.

1 *Jus hoſpitãdi de Regalibus eſt.*
2 *Familiares Principis tenentur ſubditi hoſpitari.*
3 *Magiſtratus, cæterosquè milites militiæ togatæ.*
4 *Magiſtratus poſſunt conpellere ſubditos, ut ſibi domos ſolitas locari, locent.*
5 *Quando domos ſolitas locari non inveniunt, à quibuſcumque perſonis pro ſuâ habitatione capere valent.*
6 *Similiter cogere valent equos, mullos, curricula, & cætera ſibi locari.*
7 *Et ſi locare ſolitos non invenerint, poſſunt cogere dominos ad ea ſibi pretio locanda.*
8 *Ad victum, & veſtitum neceſſaria ſibi vendere dominos cogere poſſunt.*
9 *Privilegium conceſſum ad eundum, & redeundum conceſſum intelligitur.*

10 *Prilegia portandi arma ad eundum, ad redeundum conceſſa videntur.*
11 *Privilegium conceſſum doti dandæ, reſtituendæ conceſſum judicatur.*
12 *Jus hoſpitalitatis competens miniſtris, in quocumque loco juriſdictionis competit.*
13 *Dum ibi in Regio ſervitio detinentur.*
14 *Militibus militiæ armatæ jus hoſpitandi competit.*
15 *Demonſtratur quomodò hoſpitium ſit præſtandum.*
16 *Qui hoſpitandi jus habent, ſuis ſumptibus vivere debent.*
17 *Ultra hoſpitium nihil ampliùs debetur.*
18 *Suprà dictum ampliatur.*
19 *Nec ſpontè donata accipere poſſunt.*
20 *Minori pretio eis vendere incolæ non tenentur.*
21 *Vim facientibus impunè reſiſti poteſt.*
22 *Et ſi militibus ſtipendia debito tempore non ſolvantur.*
23 *Fames nullis legibus coercetur.*
24 *Jus hoſpitandi etiam cõpetit militantibus in ſacro palatio.*
25 *Privilegia militiæ togatæ, & armatæ competunt militiæ aulicæ.*
26 *Jus hoſpitandi tantùm habent, quibus à Rege fuerit conceſſum.*
27 *Privilegium priùs oſtendere tenentur.*
28 *Dantes hoſpitium non habentibus, officia ſua, ipſo, jure, amittunt.*
29 *Prohibitum eſt privilegium impetrare, ut ædes ſuæ ab onere hoſpitandi ſint immunes.*
30 *Exprimitur pæna, quâ hujuſmodi coercentur.*
31 *Ab onere hoſpitandi nullus etiam privilegiatus cenſetur immunis.*
32 *In generali immunitatis conceſſione non comprehenditur privilegium non hoſpitandi.*
33 *Immunitas generaliter conceſſa de perſonalibus, & non de realibus eſt intelligenda.*
34 *Omnes Civitates, ſeu oppida cujuſcumque ſint, ad hoſpitium tenentur.*
35 *Non tamen tenentur expreſſè à Principe privilegiatæ.*
36 *Familiares, officialesquè Sanctæ Inquiſitionis hoſpitare non tenentur.*
37 *Nec Judices, ſive Ordinarij, ſivè Delegati.*
38 *Nec Medici ſacri palatij, & officiales.*
39 *Nec conductores, exactores, & executores rerum fiſcalium.*
40 *Nec forenſes.*
41 *Qui etiam à collectis pro onere hoſpitandi impoſitis ſunt immunes.*
42 *Medici, & DD. ſimilitèr ſunt immunes.*
43 *Paritèr, & clerici cum declaratione, de qua ibi.*
44 *Nec non laici cum clerico habitantes.*

45 *Laici à collectis non liberātur.*
46 *Milites trium Ordinum militarium hoſpitari non tenētur.*
47 *Similiter Civitates privilegiatæ.*
48 *Illuſtriſſima Civitas Eborenſis virtute contractûs oneroſi ad hoſpitium non tenetur.*
49 *Neceſſitate urgente, etiam privilegiati tenentur.*
50 *Neceſſitas caret lege, & ipſa lex neceſſitati ſubjicitur.*
51 *Neceſſitatis caſus ſemper intelligitur exceptus.*
52 *Datâ neceſſitate poteſt Princeps rem à tertio auferre.*
53 *Subditos compellere ſine uſuris pecunias mutuari.*
54 *Vaſa Eccleſiæ aſſumere.*
55 *Clericosquè ad tributa compellere.*
56 *Dummodò executio à judice Eccleſiaſtico fiat.*
57 *Neceſſitate urgente à communibus regulis receditur.*
58 *Vaſſallus alienari poterit, qui aliter non poterat.*
59 *Tempore neceſſitatis plura expediri poſſunt, quæ ea ſecluſâ fieri nequeunt.*
60 *Inſtante neceſſitate poteſt tutor inventario non confecto res pupilli adminiſtrare.*
61 *Epiſcopus res Eccleſiæ, aliàs ſine conſenſu Summi Præſulis inalienabiles, poteſt alienare.*
62 *Statutum pænale de non imponenda collecta ceſſat.*
63 *Examinatio teſtium ad perpetuam rei memoriam coram non judice cauſæ fieri valet.*
64 *Silet diſpoſitio ſtatuti prohibentis aliquid fieri ſine juſtâ cauſâ.*
65 *Tutor, & Curator poſſunt paciſci etiam in caſibus prohibitis.*
66 *Pater poteſt vendere filium.*
67 *Ruſtici, & agricultores cogi valent venire ad Civitatem ad vendendum.*
68 *Plures alios effectus neceſſitatis remiſſivè referuntur.*
69 *Familiares, Officialesquè Sāctæ Inquiſitionis privilegium hoſpitalitatis activum habent.*
70 *Non tantùm ad ſuam habitationem, ſed etiam ad ſuorum famulorum.*
71 *Habitationem habere non dicitur, qui neceſſarium ad totam familiam non habet.*
72 *Tenor regiminis hoſpitatoris maioris tranſcribitur.*
73 *Quod quidem regimen eſt ſervandum, quo ad noſtros familiares, officialesquè Sanctæ Inquiſitionis quatenùs eis accommodari poſſit.*
74 *Numerantur perſonæ, quæ in Curia hoſpitari debent.*
75 *Quomodò pretium conductionis ſit ſolvendum.*
76 *Ampliùs hoc declaratur.*
77 *Antequam hoſpitium detur, quid priùs agendum.*
78 *Quâ pænâ ſint coercendi habitantes domus, ut eas vacuas relin-*

relinquant.

79 Quid requiratur, ut hoſpitiũ etiam famulis concedatur.

80 Quomodò ſunt coercendi, qui petunt hoſpitium, & illud non recipiunt.

81 Apoſentator hoſpitium dare non poteſt, niſi priùs conſulto Hoſpitatore maiori.

82 Domus non ſunt dandæ maiori prætio, eo, quo locatæ à domino erant.

83 Et ſi pretium ſit exceſſivum, eſt taxandum.

84 Quomodò domus reparari debeant.

85 Pretiũ locationis augeri nõ poteſt in terminis, de quibus ibi.

86 Dominus ædium etiam ad ſuã habitationem non poteſt expellere intra annum eum, cui ad hoſpitium datæ fuerunt.

87 Agitur quomodò, & quando pretium hoſpitalitatis ſit ſolvendum.

88 Quomodò ſunt exigenda pretia locationis.

89 Pignora ad ſecuritatem ſolutionis quomodò ſunt ſervanda, & ſcribenda.

90 Intra triduum tenetur ſcribã ſcriptis dare apocham depoſitarij.

91 Quid ampliùs facere debeat ſcriba.

92 Receptores pignorum tenentur fideiuſſores dare.

93 Domini ædium quomodò pignora recipere poſſint.

94 Quomodò pignora recuperari debeant à deponentibus.

95 Depoſitarius quomodò ſe obligari poſſit ad ſolutionem pretij conductionis.

96 Soluto pretio quomodò pignora ſint reſtituenda.

97 Executio in pignoribus qualitèr facienda, non facta, tẽpore debito, ſolutione conductionis.

98 Scriba hoſpitalitatis quid ſingulis mẽſibus facere teneatur.

99 Quã pænã ſunt puniendi, qui ſibi hoſpitium petunt, & in aliud ransferunt.

100 Exprimitur caſus ſpecialis, in quo impunè quis hoc facere potſt.

101 Traditur alia abligatio ſcribæ hoſpitalitatis.

102 Præter hoſpitatorem maiorem nullus alius in Curiã poteſt hoſpitium concedere, niſi in caſu, de quo ibi.

103 Hoſpitator Curiæ perquirere tenetur, an domus hoſpitio dari poſſint.

104 Domus neceſſariæ domino ad ſuam, vel ſuorum habitationem hoſpitio dari nequeunt.

105 Domus, quæ ſolent locari, cujuſcumque ſint, hoſpitio dandæ ſunt.

106 Niſi domini in contrarium oſtendant privilegium.

107 Cui competit privilegium hoſpitalitatis ratione officij, denegatur hoſpitalitas, ſi vel officium non exerceat, vel ex numero non ſit.

108 Cathalogus hoſpitalitatis à quo fieri

*fieri debeat.*
109 *Salarium ſcribæ hoſpitalitatis quale ſit.*
110 *Regimen jubetur practicari Eboræ, & Santarem.*
111 *Quis ſit Scribæ Eboræ, & Santarem, & quod ſalarium eis debeatur.*
112 *In dictis locis apud quem ſint deponenda pignora.*
113 *Quid ſit faciendum, ſi curia ſit in locis, in quibus Curiales accommodari non poſſint.*
114 *Commendatur regiminis obſervantia.*
115 *Quando Princeps ſit conſulendus circa dubia orta reſpectu hoſpitalitatis.*
116 *De quibus gravaminibus debeat cognoſcere Apoſentator maior.*
117 *De Inquiſitione annuâ.*
118 *Injũgitur omnibus judicibus hujus regiminis obſervãtia.*
119 *Parochi in domibus ſolitis lacari hoſpitalitatem habent cum præferentiâ.*

1 JUs hoſpitandi, & hoſpitio recipiendi à Vaſſallis gratis, & abſque ulla mercede eſt de juribus regalibus, per *tx. in l.* 3. §. *munus. ff. de munerib. & honorib. l.* 2. *ubi Barth. & Platêa cod. de metatis, & epimedicis lib.* 12. *agit de materia Portug. de don.* 3. *part. cap.* 42. *à n.* 6. *uſque ad n.* 17. *Oter. de officialib. Reipubl. cap.* 18. *per tot. Avill. in cap. Prætorum* 8. *cap.* 8. *in gloſſ. verb. dineros. Maſtrilb. de magiſtratib. lib.* 3. *cap.* 10. *à n.* 178. *uſque ad* 219. *Bobadilh. politicor. lib.* 2. *cap.* 16. *& lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 13. *Cancer. var.* 3. *p. cap.* 5. *n.* 67. *&* 68. agitur de iſta materia in legibus Hiſpaniæ, *in l.* 15. *tit.* 9. *p.* 2. *& in tot. tit.* 21. *qui inſcribitur de los apoſentadores lib.* 2. *Ordinamenti Regij, & in toto tit.* 15. *lib.* 3. *novæ recopilation. Balmaſſed de collect. q.* 86. *per tot. De materiâ agit Ord. tit.* 1. §. 47. *tit.* 7. §. 36. *tit.* 21. §. 23. *tit.* 24. §. 38. *tit.* 68. §. 18. *lib.* 2. *tit.* 49. §. 2. *&* 6. *Benedict. Pereyr. in ſua academiâ, ſive Republicâ literariâ lib.* 3. *q.* 67. *&* 8. *per tot.*

Ampliatur jus hoc hoſpitandi Principibus debitum, & extenditur ad Principum familiares, quos etiam gratis Vaſſalli hoſpitare tenentur. *Portugal ubi ſuprà Cancer.* 3. *var. cap.* 5. *n.* 66. *&* 67. *Pont. de poteſt. proregis. tit. de proviſionib. fieri ſolitis* §. 6. *n.* 6. *Maſtrilb. dict. cap.* 10. *n.* 210. *Peg. ad Ord. lib.* 1. *titul.* 7. §. 36. *gloſſ.* 38. *Cabed.* 2. *p. tit. apoſentadorias, & Ord. in locis ſuprà allegatis, & ibi Peg.* 2

Ampliatur ad judices, & magiſtratus, cæteroſquè milites militiæ togatæ, ad quorum hoſpitalitatem poſſunt cogi Vaſſalli ad locandum domos, locari ſolitas pro neceſſitate hoſpitandi Curiales, magiſtratus, regioſquè Senatores, *ex Cravet. conſ.* 300. *Collect.* 9. *Reminald. conſ.* 640. *num.* 47. *volum.* 6. præſertim ſi pergere 3 4

gere ad Regem, vel pro ejus ſervitio. *Pont. de proviſionibus fieri ſolitis* §. 6. *num.* 8. *Maſtrilh. dict. cap.* 10. *num.* 179. *&* 180. *Avill. ſupr. Barboſ. in l. un. Cod. de contractib. judic. n,* 19. *citans alios.*

5 Et ſi eas, quæ locari ſolent, non invénerint, poſſunt ſoluto pretio ſibi capere domum neceſſariam pro ſua habitatione à quibuſcumque perſonis, etiam privilegiatis: *Bobadilh. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 20. *Maſtrilh. de magiſtratib. lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 72. requiſitis priùs loci Rectoribus, & Decurionibus: *ex l.* 1. *cod. de offic. Præfecti. Avill. dict. cap.* 8. *n.* 5. *verſ. tamen. Barboſ. dict. n.* 19. *Balmaſſed. de collect. q.* 86.

6 Equos, mullos, curricula, & plauſtra poſſunt conducere ad vecturam ſuam, vel ſuorum officialium, exactorum, & nunciorum pro comitatu incedentium, pro malefactoribus exquirendis, vel exactionibus collectarum, vel quibuſcumque alijs executionibus, & diligentijs juſtitiæ, & ſervitij Regis faciendis, & ſi equos, mulos, & cætera locari ſolita non inveniant, poſſunt cogere dominos ad ea pretio locanda; ex *Avill.*

7 *ubi ſupr. Cancer. dict. cap.* 5. *n.* 58. *&* 59. 60. *&* 61. *Maſtrilh. dict. cap.* 10. *n.* 202.

8 Panes, carnes, vinum, veſtes, cæteraquè neceſſaria ad victum, & veſtitum ſibi ipſis vendere cogere valent à ſubditis, & illis recuſantibus pretio ſoluto juſto auferre: in terminis *Avill. in cap. Prætorum cap.* 2. *gloſſ. de mercadoria num.* 19. cum prælatione, cum in loco juriſdictionis, exceptis cæteris paribus, vel maioribus, præferantur omnibus alijs in omnibus, & etiam incedendo: ex *Maſtrilh. dict. lib.* 5. *cap.* 3. *n.* 70.

Hic legitimè interrogabis: Utrum privilegium hoſpitalitatis miniſtris, cæterisquè conceſſum habeat locum in eundo, & redeundo? Reſpondemus habere locum; quia cui conceditur privilegium in eundo, cenſetur etiam conceſſum in redeundo, vel è contrario. *Ord. lib.* 5. *titul.* 80. §. 1. *&* §. 11. ubi privilegium portandi ultrà enſem, pugillum, 10 vel adagam conceſſum euntibus ad rura, ſeu Villas, & itenerantibus extenditur ad redeuntes. *Roland. conſ.* 20. *n.* 20. ubi dicit, privilegium conceſſum doti dandæ, cenſetur etiam conceſſum doti reſtituendæ.

Rogabis etiam: Utrum privi- 11 legium hoſpitalitatis, quod competit Gubernatoribus politicis, & militaribus, Præſidibus, Proviſoribus, judicibus fiſcalibus, & ſuperintendentibus provinciarum, locum ſibi vendicet in quocumque loco Provinciæ, vel tantum in loco, qui Provinciæ caput eſt? Reſpondemus, Gubernato- 12 res, Præſides, & Proviſores teneri commorari in Civitate, vel Oppido, quod eſt caput Provinciæ; prout concludit *Almeyd. allegat.*

3. *per*

3.*per tot.à num.* 1.*uſque ad num.* 20. & ibi præcipuam habitationem conficere, ideoquè tantùm
13 hoſpitalitatem illis debere in cæteris Civitatibus, ſeu oppidis Provinciarum, in quantùm per illas vagaverint, vel viſitando, vel corrigendo, dummodò in hoſpitijs ſuperfluam moram non faciant. *Maſtrilb. dict. cap.* 10. *num.* 182. *in fin.*

14 Ampliabis: Milites etiam militiæ bellicæ habent privilegium hoſpitalitatis, tàm in proficiendo ad bellum, quàm in redeundo, vel quandò præſidij, aut hyemandi cauſâ Civitatibus imponuntur, *ex l.* 3. §. *eos ff. de muneribus & honorib. Petr. Gregor. Syntagmat. jur. part.* 2. *lib.* 19. *cap.* 8. *num.* 3. *Maſtrilb. dict. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 206. *Portugal dict. cap.* 42. *num.* 15. *Anton. Peres ad titul. Cod. de metatis lib.* 12. *Pont. dict.* §.6. *num.*20. & 30. *Menoch. conſ.* 1194. *num.* 7. *lib.* 12. *Bobadilh. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 35. *Avill. dict. cap.* 8. *num.* 8. ubi di-
15 cit hoſpitari debere milites gratis, cùm acceſſerint ad locum cum Principe, dùm militant, & tunc demùm dividi in tres partes, quarum unam, & primam partem per ſe eligere poſſe dominum, aliam ex alijs duabus eligere militem, quam maluerit, tertiam domino reſervandam eſſe.

16 Omnes verò, qui hoſpitandi ſunt ſuis ſumptibus vivere debent, *ex Cancer. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 58. & 59. *Calicius de fiſco dubitation.* 8. *limitation.* 210. *Maſtrilb. dict. cap.* 10. *num.* 209. *Portug. dict. num.* 15. *Avill. num.* 9. *Ord. lib.* 1. *titul.* 58. §. 47. *ubi latè Barboſ. & Peg.*

Prætèr hoſpitium nihil ab eo, 17
qui hoſpitium præſtat poſſunt exigere, ex *leg. devotum verſ. ſolam ſane hoſpitalitatem. Cod. de metatis lib.* 12. *l. unic. Cod. de ſalgam. hoſpit. lib.* 12. *ubi Antonius Peres, Ponte dict.* §. 6. *num.* 9. *Maſtrilb. dict. cap.* 10. *num.* 201. & 208. *Portug. dict. num.* 15. *Cancer. dict. cap.* 5. *Peres ad titul. Cod. de ſalgamo.*

Et à dominis ædium non de- 18
bent balnea poſtulare, nec luminaria, nec res alias pro victu, vel aquas: *Avill. dict. cap.* 8. *n.* 9. *latè Peres ad rubric. Cod. de ſalgamo.*

Immò nec recipere ſponte do- 19
nata, aliàs puniuntur, & ex *dict. l. devotum, & in l. proſperum Cod. de metatis. Avill. dict. num.* 9. *Peres ſuprà num.* 1. *Bobadilh. dict. lib.* 4. *politicor. cap.* 2. *num.* 35. *Ripa de peſte lib. de remedio præſentationis num.* 211. *Roland. conſ.* 76. *num.* 4. *cum ſeqq. Ripoll. de regalib. cap.* 47. *num.* 33. & 34. *Paſcal. de virib. patriæ poteſt.* 3. *part. cap.* 3. *num.* 3. *Gaſpar Theſaurus lib.* 2. *forenſ. quæſt.* 93. *n.* 6. *Portug. dict. n.* 15.

Neque incolæ, ſeu Univerſita- 20
tes tenētur victualia vendere mili-

tibus, & alijs, qui de jure hoſpitari debent minori, & viliori pretio, quo in publico venduntur foro, ut notat *Platêa ad tx. in l. ſeptem diebus Cod. de errogatione militari annonæ. Maſtrilb. dict. cap.* 10. *n.* 212. *Cancer. dict. cap.* 5. *n.* 60. *Portug. dict. cap.* 42. *n.* 16. *Peres in dict. rubric. n.* 6.

21 Potiùs ſi milites per vim velint habere alimenta à provincialibus, poteſt eis de facto reſiſtere, ut tradit *Portug. dict. num.* 16. *Natta conſ.* 83. *num.* 12. *& conſ.* 84. *num.* 3. *Cancer. dict. cap.* 5. *num.* 61. *cum ſeqq.*

22 Quamvis militibus, ſtatuto tempore, ſtipendia non præſtentur, niſi fames urgeat, quæ nullis legibus poteſt coerceri, quia tunc ſibi neceſſaria poſſunt exigere, ſtipendio autem ſoluto, ſi aliquid extor-
23 queant poſſunt puniri. *Anton. Peres ad titul. Cod. de ſalgam. hoſpitib. non præbend. lib.* 12. *Portug. dict. n.* 16.

24 Ampliatur quartò ad eos omnes, qui militant in Sacro palatio, & Conſiliarios Regios, ſeu alios quoſcumque, qui in Regio ſervitio militant, eo tempore, quo vel eunt, vel redeunt, vel commorantur in ſervitio Regio, quia Jura, ſive communia, ſive municipalia de militaribus, ſeu de
25 brachio militari, & de privilegijs militaribus conceſſis loquentia, de militia aulica ſunt intelligenda, ut habetur in *rubric. Cod. de privileg. eorum, qui in Sacro Palatio militant. Cancer.* 3. *var. cap.* 7. *num.* 147. *Anton. Olibanus in repetition. Uſati alium namque cap.* 3. *n.* 71. *de jur. fiſc.*

Ampliatur quintò ad eos omnes, qui ad id habuerint præceptum Regis, vel Papæ, qui tenentur judici demonſtrare, antequàm hoſpitium recipiant, nam judices non poſſunt ea dare alijs ſine præcepto Regis, aliàs ipſo jure officia perdunt jure Hiſpano, *ex l.* 1. *&* 13. *titul.* 21. *lib.* 2. *Ordinamenti Avill. in d. cap. Prætorum cap.* 8. *n.* 5. *Maſtrilb. dict. cap.* 10. *n.* 199. *Caſtald. de Imperatore quæſt.* 110. *caſu* 252.

Ampliatur ſextò, ut nullus debeat impetrare privilegium, ut ſuæ domus ſint immunes à jure hoſpitandi, ut vicinorum domus graventur; aliàs contra faciens punitur, & caret impetratis, ut in *l. omnes Cod. de metalis, ubi Platêa:* ubi quoque dicit, qui excuſat ſe privilegio ab onere hoſpitandi, inveniet alios contra ſe eodem privilegio excuſatos, & ſic qui non vult dare de ſuo non debet petere alienum, & ille, qui impetrat tale privilegium, vel immunitatem hoſpitis recipiendi, punitur ad ſolvendam tertiam partem domûs ejus hoſpitibus deputandæ, qui verò impetrat, ut etiam à ſolutione penſionis dictæ tertiæ partis non teneatur, punitur privilegio dignitatis, & ſi non ſit in dignitate, puni-

punitur in centum libris aureis: *Platêa ſupr. & Avill. num.* 15. *& num.* 16.

31 Ampliatur ſeptimò, ut nullæ perſonæ ab hoc onere hoſpitandi immunes reddantur, etiam ſi privilegium immunitatis habeant; tùm quia in generali immunitatis conceſſione non com-
32 prehenditur, ut notant DD. *ad text. in l. fin.* §. *penult. ff. de minorib. & l.* 3. *Cod. de munerib. patrimonialib. lib.* 10. ſecundùm quam judicâſſe refert *Ponte in loc. citat. num.* 5. *Maſtrilb. dict.*
33 *cap.* 10. *num.* 200., tùm quia hoc onus eſt reale, & immunitas generaliter conceſſa de perſonalibus, & non realibus intelligenda: *Balmaſſed. dict. quæſt.* 86. *n.* 18.

34 Ampliatur octavò ad quaſcumque Civitates, ſeu oppida, ſive ſint dominialia, ſive baronialia, quia omnes tenentur, *ex leg.* 1. *Cod. de Epiſcop. & Cleric.* maximè tempore belli, ut notat *Chopinus deciſ.* 59. *n.* 27. *Maſtrilb. dict. cap.* 10. *n.* 185.

35 Attamen noſtra Concluſio nonnullas pátitur limitationes: & primò eam limitabis in omnibus perſonis, quæ à Principe, vel ejus vices gerente fuerint à munere hoſpitandi expreſsè exemptæ, quia ab onere ſolus Princeps, vel ejus vices gerens, ad id ſpecialem poteſtatem habens, poteſt immunitatem concedere, ut cum *Caſtald. loc. citat. tenet Maſtrilb. dict. cap.* 10. *n.* 199. *Portug. dict. cap.* 42. *n.* 9.

Limitatur ſecundò ex prædicta 36
ratione in noſtris officialibus, familiareſquè Sanctæ Inquiſitionis, quia ex ſpeciali privilegio, de quo in noſtro textu, hoſpites recipere non tenentur in noſtro regno, ejuſquè dominio, nec in regnis Hiſpaniarum, teſte *Rox. de hæretic. part.* 2. *num.* 421. & *fol.* 293. 1. *part. Maſtrilb. dict. cap.* 10. *n.* 189. & patet ex verbis privilegij.

Limitatur tertiò in judicibus, 37
60 *In caſibus, in privilegijs exceptis, non prodeſt privilegiũ.*

1 RAtione delicti ſortiri unumquemque forum in loco delicti præceptum affirmativum juris eſt, *ex l. hæres abſens* 19. §. *ſi quis tutellam*, & §. *proinde*, & §. *illud ſciendum l. ſi fideicommiſſum* 50. §. *ſed*, & *ſi reſcriptum eſt ff. de judic. l. ſi cui* 7. §. *idem. l. ultim. ff. de accuſatorib. l.* 1. & *Auth. quâ in provincia. Cod. ubi de criminib. agi oport. text. in cap. de illis ult. 6. quæſt.* 3. & *in cap, licet ratione ultim. de for. compet. exornat cum octo viginti DD. Carlev.*
2 *de judic. tit.* 1. *diſp.* 2. *q.* 7. *de for. delicti n.* 716. *ubi n.* 717. ampliat cum 23. DD. ut etiam exemptus Principis privilegio poſſit conveniri in loco delicti, & apud judicem ejus Ordinarium, privilegio non obſtante: *n.* 718. declarat habere locũ etiam in quaſi delictis: *n.* 719. aſſerit procedere poſſe non tantum petitione offenſi, ſeu viâ accuſationis, ſed etiam ex officio: *n.* 720. extendit ad judicem loci, ubi delictum continuatur: *n.* 727. ad diverſos judices, cum delictum committitur in diverſis locis: *n.* 735. ad delicta commiſſa extrà territorium judicis domicilij, & originis: *n,* 746. docet vagabundum poſſe puniri ratione delicti à judice cujuſcumque loci, in quo fuerit inventus: *n.* 747. affirmat, quòd tam in loco delicti, quàm in foro originis, vel domicilij delinquentis procedi poſſe non ſolum contrà præſentem, ſed etiam contra ab-
ſentem: *n.* 782. cum 17. DD. adſ- 10
truit forum loci delicti in criminalibus præſtantius, potiùs, & magis privilegiatum, & maioris efficaciæ cæteris foris eſſe: *n.* 784. 11
Limitat prædictam regulam in foro interiori conſcientiæ, quo attento non ſortitur quis forum in loco ubi delinquit, ac proindè debet peccatum confiteri coram proprio parocho, & non coram parocho loci delicti; & tandem
*n.* 786. inquit, delinquentem in 12
terra Baronum contra ipſos Barones non ſortiri forum in loco delicti.

Contra hoc juris præceptum affirma-

firmativum habent officiales, fa-
miliaresquè Sanctæ Inquiſitionis
13 privilegium negativum, ut tàm activè, quàm paſſivè non poſſint accuſare, nec accuſari, niſi coram Inquiſitoribus, & Judicibus Fiſci familiarium Conſervatoribus, ut patet expreſſis verbis privilegiorũ, quæ quidem juriſdictio Inquiſitorum circa officiales continuos, & Judicum fiſci circa familiares, eſt privativa ad alios judices tàm ſæculares, quàm Eccleſiaſticos, ut latè probat *Narbon. in l. 20. gloſſ. 21. n. 15. tit. 1. lib. 4. recopilation. Fermoſin. poſt titul. de for. compet. allegat. 1. pro Tribunali Sancti Officij art. 1. num. 20. Solorz. de jure Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 24. num. 32. Dian. reſolution. moral. p. 4. tract. 8. reſolut. 2. in fin. & in ſumm. p. 2. verb. Inquiſitorum juriſdictio num. 2. Seſſe deciſ. 438. n. 12 tom. 4.* Giurb. *conſ. 96. n. 7. Porto Carrero in allegat. pro juriſdictione Inquiſitorum n. 49. Cortiad. deciſ. 30. n. 87. Delben. de immunit. tom. 2. cap. 4. dub. 24. n. 1.*

14 Eodem potiuntur privilegio in Coronâ Aragonum activè, & paſſivè, ſive ſint rei, ſive actores, ſecundùm *Narbon. dict. l. 20. gloſſ. 1. num. 74. Seſſe d. deciſ. 30. n. 91.* & in Regno Siciliæ, *Paramus de origin. Sanctæ Inquiſitionis lib. 3. quæſt. 6. n. 27.* in Regno verò Va-
15 lentiæ, Maioricarum, Cathaloniæ, & Caſtellæ paſſivè tantùm in criminalibus utuntur privilegio fori *Carlev. de judic. tit. 1. diſput. 2. ſect. 6. n. 513. Matheu de regimin. Valentiæ cap. 7. §. 3. num. 33. & 34. Cortiad. d. deciſ. 30. Delben. dict. n. 1.*

Rationes autem hujuſmodi 16
exemptionis plurimas aſſignant DD. quarum præcipua eſt favor religionis, & bonum publicum Reipublicæ, cujus baſis, & columna eſt fides. Secunda eſt, quam
aſſignat *Carlev. ubi ſupr. n. 509.* 17
ex eò, quia Inquiſitores, & Epiſcopi, quoad privilegia, æquiparantur: *Gratian. cap. 340. n. 35. & cap. 341. num. 11. Pilota in prax. Epiſcopali. 1. p. verb. Epiſcopus*
*verſ. decimo nono;* nec minora pri- 18
vilegia ſunt conceſſa Inquiſitoribus, quàm Epiſcopis, ex *Rox. de hæretic. 2. p. n. 409. Paramo. tit. 1.*
*cap. 4.* Undè cum Epiſcopi cog- 19
noſcant ex vi prærogativæ, & favoris perſonarum illarum, quibus ſerviunt, & de cauſis ſuorum familiarium laicorum, tam in criminalibus, quàm in civilibus, ex *Delben. dict. tom. 1. cap. 4. dubitat. 9. ſect. 2. n. 13.* non tàm attento jure, quàm conſuetudine, *Delben. dict. cap. 4. dubit. 15. ſect. 2. num. 5. & 19. ex Carlev. ubi proximè n. 509. multos cumulante,*
meritò ſequitur Inquiſitores cog- 20
noſcere debere de criminibus ſuorum officialium, ac familiarium. Tertia eſt ejuſdem *Carlev. num.*
*510.* videlicet cùm nemo cogatur 21
unquàm ſuis expenſis militare; *2. ad Corinth. cap. 9.* & iſtis familiaribus

bus

bus ſalaria non dentur, dùm huic
22 muneri inſerviunt, non ſolum
æquum, & conveniens, ſed neceſ-
ſarium etiam fuit, ut ſalarij loco
quædam ipſis privilegia concede-
rentur, inter alia autem unum fuit
hoc fori privilegium. *Simanch. de
Catholic. tit.* 41. *n.* 16.

23 Extende, officiales, familiares-
que Sanctæ Inquiſitionis gaudére
hoc privilegio in quibuſcumque
criminibus in privilegijs non ex-
ceptis, quamvis exceptis pravio-
ribus, ac atrocioribus, quia exclu-
ſio expreſſorum fuit incluſio non
expreſſorum, *ex l. cum Prætor ff.*
24 *de judic. l. cum maritis Cod. de
procuratorib. l. quamvis Cod. de
pignorib. l. ait Prætor. §. ſed quod
Papiniani ff. de munerib. cap. non
ne de præſumptionib. Barboſ. infi-
nitis relatis de axiomat. juris a-*
25 *xiomâ* 120. *n.* 1. qui quidem *n.* 2.
ampliat ad facultates, & privile-
gia aliquid faciendi; *num.* 4. dicit,
quòd excluſio ad tempus inducit
26 incluſionem poſt tempus; *num.* 5.
quòd conceſſum ad tempus vide-
tur poſt tempus denegatum; *n.* 6.
27 quòd exemptio conceſſa uni ope-
ratur, ut alij non ſint exempti; *n.*
7. quòd expreſſio unius cauſæ, vel
ſpeciei in reſcripto nedum inclu-
28 dit; *n.* 8. quòd incluſio unius, ut
judícet, eſt excluſio alterius; *n.* 12.
quòd ſtatutum diſponens de con-
29 ſanguineis naturalibus, excludit
ſpurios; *n.* 10. quòd ſtatutum ex-
30 cludens fœminas poſtquam dota-
tæ fuerunt, cenſetur illas inclu-
dete ad ſucceſſionem, antequàm
dotentur; *num.* 11. quòd ſtatutum 31
circa ſucceſſionem includens cer-
tas perſonas, cenſetur alias exclu-
dere; *n.* 12. quòd incluſio unius 32
non eſt excluſio alterius, quandò
eadem ratio militat in in incluſo; *n.* 33
13. quòd unum quandò exprimitur
ratione frequentioris uſûs, non eſt
excluſio aliorum; *n.* 14. quòd in- 34
cluſio, & numeratio unius quan-
dò fit per verba ampliativa, non eſt
excluſio alterius; *n.* 15. quòd ſta- 35
tutorum aliquorum excluſio non
includit, ut alia illicita cenſean-
tur approbata; *n. fin.* quòd inclu- 36
ſum, & excluſum quomodò ſunt
connexa, incluſio unius non eſt
excluſio alterius.

Extende ſecundò ex dictis, of- 37
ficiales, familiaresquè Sanctæ In-
quiſitionis prædicto privilegio
fori in criminalibus uti etiam in
dilictis, ſuper quæ fuerunt for-
matæ ſpeciales Inquiſitiones ex
ſpeciali delegatione Principis,
vulgò *alçadas*, niſi crimina ſint ex-
ceptuata, & tenére judicem dele- 38
gationis remittere culpas officia-
lium ad Inquiſitores, familiarium
ad judices fiſcales, etiam non pe-
tentibus, ac deprecantibus, ex
his, quæ dicemus *lib.* 18. *cap.* 29.
*per tot.* & ita vidi judicatum in
ſupremo Relationis Tribunali in
cauſâ familiaris Antonij Penilli-
lho Oppidi Villa de frades, cujus
culpas remittere recuſabat Audi-
tor Civitatis Pacenſis eo prætex-
tu, quòd fuiſſent formatæ ab eo
in

in Inquiſitione, quam ex ſpeciali Regis delegatione in dicto Oppido deduxit.

39 Extende tertiò ad familiares, officialesquè Sanctæ Inquiſitionis, officiales, & artifices alicujus artis mechanicæ delinquentes, & fraudantes in officijs ſuis, ſcilicèt, in operibus, ponderibus, & menſuris, quia quamvis contrarium afferat *Matheu de Règimin. Valentiæ dict. cap. 7. §. 1. ſect. 3. n.* 35. *Cortiad. dict. deciſ.* 31. *n.* 97. hoc
40 ex eo procedit in illis regnis, quia in illis datur, ut inquiunt, expreſſa concordia, quam, cùm in regno noſtro non habeamus, manet comprehenſus in privilegijs, cùm illius non habeamus expreſſam excluſionem.

41 Sed contra hujuſmodi extenſionem videntur obſtare verba privilegij Henriquiani, ibi: *E quando tiverem officios meus, ou publicos dos povos, e Reſpublicas, e delinquirem nelles em couſas tocantes aos ditos ſeu officios, e cargos*, quæ verba, *e em couſas tocantes aos ditos ſeus officios, e cargos* clarè inſinuare videntur familiares, officialesquè non uti poſſe privilegio in delictis commiſſis in ſuis officijs: ſed dicta verba attentiùs conſiderata, & maturiùs ponderata nihil obſtant, quia cùm illa dictio *ditos ſeus officios, e cargos* ſit relativa, & reſpectiva præcedentium, & ad illa referantur, quæ ſuperiùs dicta fuerunt cum omnibus ſuis qualitatibus, ex *Maſcard. de probationib. concluſ.* 1265. *Surd. conſ.* 63. *num.* 14. & *conſ.* 323. *n.* 4. & *conſ.* 325. *num.* 20. & *ex Barboſ. cum plurib. de dictionib. dict.* 87. *à n.* 1. *uſque ad* 8. neceſſariò intelligi debent de delictis commiſſis in officijs Regijs, vel Reipublicæ, vel in officijs familiarium, ſeu officialium Sanctæ Inquiſitionis, cùm non dentur alia officia in privilegijs nominata, ad quæ illa verba referri poſſunt, & ſcriptura referens non probet, niſi relata producatur, ex *Cancer.* 3. *var. cap.* 3. *n.* 217. 223. & 231. ubi docet, quòd quis non ſolùm exhibére tenetur inſtrumentum, quo ſe juvat, ſed in eo relata; & *n.* 228. affirmat, quòd ſi confiteor me tibi debere centum, proùt in tali inſtrumento continetur, ſi illud inſtrumentum relatum nihil contineat, confeſſio illa tamquàm erronea nihil valebit, & numeris ſequentibus materiam proſequitur.

Extende quartò ad familiares, officialesquè Sanctæ Inquiſitionis 42
fraudantes victualia, & proviſiones Reipublicæ, quamvis contrarium dicant *Matheu*, & *Cortiad.* locis ſupr. citatis, quia procedit etiam ex vi concordiæ, quam referunt, qualem in regno non obtinemus.

Concluſionem ſic extenſam limitabis primò, tam in familiaribus, quàm in officialibus Sanctæ 43
Inquiſitionis, quandò delicta ante familiaturam, vel officium adeptam

ptam fuerunt perpatrata, *ex Rege. Udo adpraxim Sardaniæ lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 18. *n.* 9. *Narbon. gloſſ.* 21. *n.* 38. *Matheu de regimin. Valentiæ dict. cap.* 7. §. *ſect.* 1. *n.* 42. *Cortiad. dict. deciſ.* 30. *num.* 100. *Cancer.* 2. *var. c.* 2. *n.* 246.

44 Ratio hujus limitationis eſt, quoniam privilegium fori ſuperveniens poſt cæptam litem non eximit litigantem, aut litem à foro, quia præventa eſt juriſdictio quoad eam cauſam, in cujus præjudicium forum mutari non poteſt.

45 *l. ſi poſteaquam* 7. *l. ubi cæptum* 30. *ff. de judic. l. cum quædam puella* 19. *in princ. ff. de juriſdict. omn. judic. l. tutor petitus* 28. *in princ. ff. de excuſation. tutor. cap. propoſuiſti* 19. *de for. compet. Barboſ. in dict. l. poſteaquàm n.* 1. & *n.* 110. *Carlev. de judic. tit.* 1. *diſp.* 2. *n.* 635.

46 Indè venit, quòd milites trium Ordinum militarium noſtri regni, qui in illo potiûntur privilegio fori in criminalibus paſſivè tantùm, numquam verò activè, quandò habent perceptoriam militarem, vulgò Commendam, vel aliquam tenentiam cum habitu illius Ordinis, vulgò *tença*, ad minùs quidecim milium regalium, *ex Valaſc. de privileg. paupertat.* 3. *part. quæſt.* 17. *n.* 49. §. 5. *n.* 27. *Barboſ. de poteſt. Epiſcop. part.* 2. *allegat.* 12. *num.* 45. *Coſt. conſ.* 42. *num.* 14. *Valaſc. conſ.* 131. *num.* 5. *Pereyr. deciſ.* 58, *num.* 22. & 21. *Phæb.* 1. *part. deciſ.* 85. *à n.* 6. *Cortiad. deciſ.* 8. *n.* 99. non gaudent privilegio ſupervenienti fori ad avocandas cauſas criminales ante ſuſceptam militiam ortas. *Parad. in prax. delegation. criminal. cap.* 5. *num.* 264. *cum ſeqq. Peg. ad Ord. lib.* 2. *titul.* 12. §. 1. *à n.* 9.

47 Hinc eſt etiam, quòd milites Sancti Jacobi, & aliorum Ordinum militarium, qui in Regno Cathaloniæ, Aragoniæ, Valentiæ, gaudent privilegio fori tam in civilibus, quàm in criminalibus, *ex Cortiad. cum plurib. deciſ.* 8. *à n.* 94. *uſque ad n.* 96. & in Regno Sardaniæ, Siciliæ, Caſtellæ, in criminalibus tantùm, ex eodem *Cortiad. deciſ.* 8. *n.* 97. 98. & 100. & in Regno Neapolis, ubi non poſſunt conveniri, niſi apud ſacrum Regium Conſilium, ex *Cortiad. deciſ.* 8. *n.* 100. illis privilegijs non gaudent, qui poſt delictum commiſſum effecti ſunt milites, cum pluribus idem *Cortiad. deciſ.* 11. *n.* 27. & magis in terminis, *Giurb. conſ.* 59. *num.* 73. *Cabal. reſolut. caſu* 65. *Carlev. de judic. tit.* 1. *diſp.* 2. *num.* 446. *Franch. deciſ.* 449. ubi de equite Sancti Joannis Hyeroſolimitani id aſſerit.

48 Eodem privilegio procedit limitatio in Clericis, qui poſt commiſſum delictum in fraudem juriſdictionis Regiæ ordines aſſumpſerunt: unus cum omnibus *Cortiad. dict. deciſ.* 11. *n.* 27. *Parad. ubi proximè à num.* 136. *cum ſeqq.*

*Cortiad.*

*Cortiad. deciſ.* 271. & 272. *per*
*tot.* quòd tamen non ſimplicitèr,
49 & abſolutè intelligere debes, ſed
quando poſt realem, vel verba-
lem citationem Clerici effecti
ſunt, *Barboſ. in d. l. poſteaquàm*
*num.* 216. *Parad. num.* 137. qui
quidem *num.* 138. *cum Barboſ.*
*ſupr. num.* 217. *Thom. Vás alle-*
*gat.* 27. *n.* 14. dicit hoc procedere
50 in pænam pecuniariam, non in
perſonam; Undè *num.* 144. con-
cludit, quòd relegatus ad tem-
pus, ſi intra illud efficiatur Cle-
ricus, vel Religioſus, & extra
exilium inventus ſit, non pote-
rit à judice laico capi, nec dupli-
51 cari relegatio in forma, *Ord. lib.*
5. *titul.* 144. nec ab eo exigi pæ-
na pecuniaria, ſed de hoc cognoſ-
cit jupex Eccleſiaſticus. *Cabal.*
*caſu* 108. *num.* 3. *Giurb. conſ.*
52 *crimin.* 15. Idem dices de mili-
tibus Ordinum militarium, ex
*Carlev. tit.* 1. *diſput.* 2. *num.* 453.
*Pereyr. deciſ.* 58. *num.* 25. *Peg. ad*
*Ord. lib.* 2. *tit.* 1. §. 21. *latè n.* 30.
& *tit.* 12. §. 1. *à n.* 9.

53 In ſcholaſticis Univerſitatis
Conimbricenſis, vel Eborenſis,
qui in noſtro regno fruuntur in
criminalibus privilegio fori activè,
& paſſivè, ex ſtatutis Univerſitatis
Conimbricenſis *lib.* 2. *capit.* 27.
fallit illa prima limitatio favore
ſcholaſticorum ex ſtatuto citato.
*Barboſ. in l. poſteaquam n.* 113.
*Carlev. de judic. tit.* 2. *diſp.* 2. *ſect.*
5. *n.* 487. & 488. *Salgad. in laby-*
*rint. p.* 1. *cap.* 7. *n.* 76.

In Senatoribus fallit etiam limi- 54
tatio, nam eorum, & Reipublicæ
favore, nec accuſari, neque accu-
ſare poſſunt, niſi coram Prætore
Curiali etiam in dilictis ante Sena-
toriam dignitatem perpetratis. *Peg.*
*ad Ord. lib.* 2. *tit.* 59. §. 13.

Procedit tamen in militibus mi- 55
litiæ armatæ, qui quidem in noſ-
tro regno, nec quando fiunt mili-
tes ad crimina perpetrata, ex eo-
dem §. non gaudent privilegio fori
in delictis commiſſis ab eis, vel
contra eos antequàm in matriculâ
militum adſcripti reperiantur ex
regimine generalis Auditoris, &
particularis §. 26. quod eſt de jure.
*Barb. in dict. l. poſteaquam n.* 110.
*Hyalla de jure belli lib.* 3. *cap.* 4. *à*
*n.* 4. *Caball. caſu* 147. *à n.* 1. & *caſu*
294. *à n.* 256. *Carlev. de judic. lib.*
1. *diſp.* 2. *à n.* 473. *uſque ad n.* 478.
*Reformatio juſt.* §. 10. *ibi Valaſc.*

Militat etiam in nobili effecto 56
poſt delictum commiſſum, nam
quoad judicium, & pænas reputa-
tur humilis, ex *Dexarto ad re-*
*gulam Sardaniæ cap.* 20. *n.* 9. &
10. quia nobilitas ſuperveniens 57
non poteſt præjudicium afferre ju-
juriſdictioni judicis loci delicti,
nec Reipublicæ offenſæ; propter 58
quòd etiam nobilitas ſuperve-
niens non tollit, quòd filij natura-
les antè nobilitatem, quæ ſupervê-
nit patri ad ejus hæreditatem, non
admittantur virtute Regiæ *Ord.*
*lib.* 4. *tit.* 92. §. 1.

Limitabis ſecundò, quandò fa- 59
miliares, officialeſquè Sanctæ

Inquiſitionis delinquant cum alio non familiari, quia iſte, qui non eſt familiaris, ſed ſocius criminis ipſius familiaris, ac officialis fori privilegio non gaudet, *ex Cortiad. d.deciſ.30.n.99.Math.d.c.7.§.3. ſect.1.n.46.* in ſúmario, nam in corpore dicti §. de hac re nõ loquitur.

60 Limitabis tertio, & ultimò in cauſis in privilegio exceptuatis.

## CAPUT XIII.

### In quibus caſibus, & criminibus familiares, officialesquè Sanctæ Inquiſitionis privilegio fori in criminalibus non gaudeant?

### SUMMARIUM.

1 *Agitur de caſibus exceptis.*
2 *Excipitur crimen læſæ Majeſtatis.*
3 *De hoc crimine, qui agunt.*
4 *Secluditur crimen ſodomiæ.*
5 *De quo crimine qui agunt.*
6 *Crimen cum proditione perpetratum excipitur.*
7 *Similiter incẽdij doloſi crimen.*
8 *Agẽtes de hoc crimine referũtur.*
9 *Pari modo crimen elevationis.*
10 *Qui de hoc crimine agunt, expenduntur.*
11 *Non minus crimen fractionum regiarum ſecuritatum.*
12 *Violentiæ, & furti mulieris crimen eximitur.*
13 *Recitantur de hoc crimine tractantes.*
14 *Inobedientia mandatorũ Regis crimen eſt exceptum.*
15 *Ingreſſus violentus Eccleſiæ, ſeu domûs crimen eſt exceptũ.*
16 *Homicidiũ qualificatũ etiam excipitur.*
17 *Quod ſit, & qui de illo agunt, recitantur.*
18 *Falſitatis crimen excipitur.*
19 *Agentes de illo plures numerantur.*
20 *Ictus armorum ſulphureorum privilegium excludit.*
21 *Monetæ falſæ crimen forum perdere facit.*
22 *Plures de materia agentes dantur.*
23 *Publicus latro privilegio fori non gaudet.*
24 *Crimen duelli, an ſit exceptum, controvertitur.*
25 *Traditur nova lex noſtri Regni circa hoc crimen.*
26 *Princeps committendo alicui privativè cæteros inhibet.*
27 *In atrociſſimis criminibus familiares forum amittunt.*
28 *Tradentes hoc multi citãtur.*
29 *Gravitas duelli cõmendatur.*
30 *Tamen exceptum non eſt.*
31 *Ad oppoſita reſpondetur.*
32 *Privilegium non cenſetur abrogatum ex clauſula:* privilegijs non obſtantibus.
33 *Prædicta clauſula non ſufficit ad deroganda privilegia conceſſa in Religionis favorem.*
34 *Familiaris, in criminalibus, an gaudeat privilegio fori contra ſimilem, inquiritur.*
35 *Privilegiatus cõtra æquè privilegi-*

*legiatũ privilegio nõ munitur.*
36 *Privilegia familiariũ, officialiumquè non ob eorum favorẽ, ſed Religionis fuerũt cõceſſa.*
37 *Dubitatur, an in crimine monopolij gaudeant.*
38 *Apud nos hoc crimen exceptum non reperitur.*
39 *Eſt tamen graviſſimum, & ſeveriſſimè puniendum.*
40 *Invehuntur DD. contra monopolium facientes.*
41 *Et adverſus judices eos non punientes.*
42 *Tranſcribuntur leges crimen hoc de novo punientes.*
43 *Punitio hæc à legibus ſtrictiſſimè judicibus commendatur.*
44 *Ventilatur probatio, quæ requiratur in delictis exceptis, ut familiares forum amittãt.*
45 *Referuntur DD. qui cum ſemiplena probatione tranſeunt.*
46 *Plenam probationem requiri fundatur.*
47 *Qualitas tribuens jurisdictionem cõcludentèr eſt probãda.*
48 *Familiares habẽt pro ſe regulã ut à judicio ſuo nõ extrahãtur.*
49 *Exceptionẽ regulæ cõcludentèr eſſe probandã jura docent.*
50 *Privilegia familiarium, officialiumque utpote favorabilia non ſunt facilè evertenda.*

1 HÆc quæſtio à nobis ſummatim exponenda, & decidenda eſt decurſis varijs caſibus in quibus familiares, officialesquè Sanctæ Inquiſitionis privilegio fori in criminalibus non gaudent: quorum quatuordecim ſunt expreſsè excepti in privilegijs, ut ex illis patet *cap. 3. num. 61. & 62.* & alij etiam ſunt, de quibus eſt dubitatio, quos omnes breviter recenſemus, ut in cæteris omnibus noſtra reſolutio, de qua in cap. antecedenti, firma maneat.

Primus eſt in crimine læſæ Majeſtatis, in quo familiares, officialesquè Sancti Officij privilegio fori non gaudent, de quo crimine apud nos agitur *in Ord. lib. 5. titul. 6. per tot. ubi Barboſ.* infinitos citat, quibus adde, quos refert *Conciol. in ſuis reſolutionib.* 2
*criminalib. verb. læſæ majeſtatis reſolution. unic. Gom. 3. var. cap. 2 ubi Aylon infinitos citat Farinac. de crimine læſæ majeſtat. quæſt. 116. Clar. §. læſæ Majeſtatis, ubi Bajard. & Harpetr. DD. ad text. in l. quiſquis §. filij Cod. ad leg. Julliam Majeſtat. Cortiad. deciſ. 30. n. 112. Peg. ad Ord. lib. 2. tit. 1. §. 23. cap. 6. Harpetr. in §. publica 3. Inſt. de public. judic. à n. 2. uſque ad* 120. 3

Secundus eſt in crimine nefando ſodomiæ, de quo apud nos agitur in *Ord. lib. 5. tit. 13 ubi Barboſ. multos dat de materia agentes*, quibus adde *Barboſ. de poteſt. Epiſcop. allegat. 44. num. 15. & 16. cum infinitis Conciol. ſu-* 4
*prà verb. ſodomia reſolut. 123. & 4. per tot. Manſinus de confiſcatione bonor. quæſt. 9. n. 18. Cortiad in ſpecie cum multis deciſ. 30. n. 116.* 5

*n.* 116. *Peg. ſupr. cap.* 8. *per tot.*

6 Tertius eſt in quocumque cri-
mine qualificato cum proditione,
quam *aleivoſiam* vocamus; ut pa-
tet ex eiſdem privilegijs *n.*61. & de
hoc crimine agitur apud nos in
*Ord. lib.* 5. *tit.* 37. *ubi noſter Bar-
boſ.* plures citat, quibus adde no-
viſſimè *Sarayv. in prax. delega-
tion. criminal. cap.* 3. *per tot. Cor-
tiad. deciſ.* 30. *n.* 112. *Harpetr. in
§. item* 5. *de public. judic. à n.* 1.
*uſque ad* 44.

7 Quartus eſt in crimine incen-
dij dolo patrato, de quo apud
nos agitur in *Ord. lib.* 5. *tit.* 86. *ubi
Barboſ. multos citat text. in cap.*
8 *peſſimam* 23. *quæſt.* 8. *ubi DD.* &
de crimine incendij agunt *De-
cian. tract. criminali lib.* 6. *cap.*
28. *n.* 24. *Bobadilh. lib.* 2. *politi-
cor. cap.* 14. *num.* 78. *Giurb. conſ.*
49. *num.* 14. *Polidor. Rip. de no-
cturn. tempor. cap.* 27. *n.* 3. *Fragoſ.
de Regimin. Reipublic. tom.* 2. *lib.*
8. *diſput.* 11. *§.* 2. *à num.* 6. *Que-
ſad. Pilo controverſ. forenſ. cap.*
49. *Baſil. in deciſ. criminal. deciſ.*
18 *per tot.*

9 Quintus in crimine elevationis
provinciæ, aut populi ſublevatio-
nis, aut rebellionis, ut expreſſum
extat in privilegijs, de quibus in
*cap.* 3. *n.* 61. *Caſtejon. in Alpha-*
10 *betico jur. verb. rebelles. Pachec.
in apolléta utriuſque juris verb.
rebellis, tx. in l. omne delictum* 6.
*ff. de re militari. l. ſi quis alquid*
38. *ff. de pœn. l. amiſſiones §. qui
deficiunt ff. de capit. diminution.*
*extravag. qui ſint rebelles; quæ
aliàs dicitur collat.* 11. *tit.* 2. de
quâ omninò videas per gloſam, &
Bartholum ibidem. Latiſſimè *Cor-
tiad. deciſ.* 30. *num.* 112. *Baſilius
deciſ.* 16.

Sextus caſus eſt in crimine frá- 11
ctionis ſecuritatum Regiarum epi-
ſtolarum, de quibus agit *Ord. lib.*
5. *titul.* 129. *per tot. ubi Barboſ.
plures citat. Cortiad. deciſ.* 30. *n.*
112.

Septimus caſus eſt in crimine 12
violentiæ factæ mulieri, aut furti
illius, ut patet *in dict. cap.* 3. *n.* 61. 13
de quibus criminibus agit, ſcilicet
de vi facta mulieri, *Ord. lib.* 5. *tit.*
18. *& ibi Barboſ. cum mult.* qui-
bus addendus eſt cum alijs *Ma-
theu de re criminali controverſ.*
67. *per tot. Peg. ad Ord. lib.* 1. *tit.*
61. §. 31. *n.* 28. *Cortiad. deciſ.* 30.
*num.* 112. *Baſilius deciſ.* 15. *per
tot.*

Octavus caſus eſt in cimine in- 14
obedientiæ contra mandata Re-
gis commiſſa, ſivè per contraven-
tionem, ſeu oppugnationem, aut
commiſſionem, ſive per omiſſio-
nem, ut patet *dict. cap.* 3. *n.* 61. *&
agit Ord. lib.* 5. *tit.* 6. §. 26. *&* 27.
*Cortiad. d. n.* 112. de quo nos in
rubrica *de muner. judic. Orpha-
nor.* 2. *part.*

Nonus caſus eſt in crimine ef- 15
fractionis, ſive ingreſſus violenti
domûs, Eccleſiæ, aut monaſterij,
ut patet *d. cap.* 3. *n.* 61. de quibus
agit *Ord. noſtra lib.* 5. *titul.* 15. *ubi
Barb.* & de ingreſſu violento do-

mûs

mûs, aut Eccleſiæ *lib.* 1. *tit.* 65. §. 31. *ubi Barboſ. & Peg. Cortiad. d. n.* 112.

16 Decimus caſus eſt in crimine homicidij qualificati, ut patet *dict. cap. 3. n. 67. de quo agit Ord. noſtra lib. 1. tit. 65. §. 31. & lib. 5. tit. 35. ubi Barboſ.* homicidium qualificatum eſt homicidium voluntarium, homicidium proditorum, homicidium patris, quod dicitur parri-
17 cidium, homicidium matris, quod vocatur matricidium, homicidium fratris, quod dicitur fratricidium, & homicidium per aſſaſſinium patratum, ut videre eſt apud DD. quos citat *Barboſ. in dict. Ord. Gom. 3. var. cap. 3. ubi Aylon ferè infinitos Conciol. in ſuis reſolutionib. criminal. verb. homicidium à reſolut.* 1. *uſque ad* 14. *referens innumeros. Harpetr. in §. item 5. de public. judic. à n.* 2. *uſque ad* 404.

18 Undecimus eſt in crimine falſitatis, ut patet *dict. cap. 3. num. 67.*
19 de quo crimine agit *Ord. lib. 5. tit. 62. 63. & 64. ubi Barboſ.* innumeros dat, quibus ſunt addendi *Conciol. ſupr. referens penè infinitos verb. falſum à reſolution. 1. uſque* 22. *Peg. forenſ. per tot. cap.* 19. ubi nihil deſiderandum relinquit. *Peg. ſuprà. Harp. ſuprà in §. item 7. à n. 1. uſque ad* 100.

20 Duodecimus eſt in crimine ictûs arcabuſij, aut béſtæ, ſeu alterorum armorum igniorum, ut patet *d. cap. 3. n. 66.* & de hoc crimine agit *Ord. lib. 5. tit. 8. & ibi Barboſ. ad* §. 13.

Decimus tertius eſt in crimine 21
falſæ monetæ, ut patet *dict. cap. 3. n. 66.* de quo crimine agit *Ord. lib. 5. tit. 12. ubi Barboſ.* cum multis, 22
quibus adde referentem ferè omnes, qui de materia egerunt. *Conciol. ſupr. verb. moneta falſa à reſolut. 1. uſque ad 6. Farinac. de Inquiſition. q. 2. n. 22. & de crimin. læſæ majeſtatis quæſt. 115. à n. 8. Guaſin. de defenſion. reor. defenſ. 4. cap. 9. à num. 4. Ord. lib. 1. tit. 65. §. 31. ubi Barboſ. & Peg. ad Ord. lib. 2. titul. 1. §. 23. cap. 7. per tot.*

Decimus quartus, & ultimus 23
eſt in crimine latrocinij publici, ut patet *dict. cap. 3. n. 61.* de quo agit *Ord. lib. 5. tit. 60. ubi Barboſ.* multos citat, quibus adde, quos refert, & ſequitur *Conciol. ſupr. verb. furtum à concluſ. 7. uſque ad* 11. ubi ferè omnes, qui de materia egérunt cumulavit in ſpecie *Cortiad. deciſ. 30. n.* 112.

Sunt etiam alij caſus, de quibus in cap. ſeqq. ſed his ſecluſis criminibus, in cæteris omnibus noſtri familiares, officialesquè Sanctæ Inquiſitionis in criminalibus activè, & paſſivè privilegio fori gaudent; & ad hoc, ut clariùs hoc, firmiùsquè permaneat de aliquibus criminibus, in quibus dubitatio eſſe poteſt, breviter agemus.

Primò dubitatur: an gaude- 24
ant privilegio fori in crimine duelli, quod vocamus *deſafio*? rationem dubitandi facit ſequens lex,

quæ

quæ poſt *Ord. lib.5. tit.*43. gravioribus pænis delinquentes punivit, quæ talis eſt.

DOM Pedro por graça de Deos Principe de Portugal, e dos Algarves dàquem, e dàem, mar em Africa, e de Guiné, da Conquiſta, Navegaçaõ, Commercio de Ethyopia, Arabia, Perſia, e da India &c. Como Regente, e Governador dos ditos Reynos, e Senhorios faço ſaber a vós

Que eu paſſei hora huma ley por mim aſſignada, e paſſada por minha Chancellaria, da qual o tranſlado he o ſeguinte:

DOM Pedro por graça de Deos Principe de Portugal, e dos Algarves dàquem, e dàlem, mar em Africa, e de Guiné, da Conquiſta, Navegaçaõ, Commercio de Ethyopia, Arabia, Perſia, e da India &c. Como Regente, e Governador dos ditos Reynos, e Senhorios; faço ſaber aos que eſta minha ley de declaraçaõ virem, que ſendo eu informado como neſtes Reynos, ſem embargo de eſtarem prohibidos os deſafios pela Ordenaçaõ, e leys extravagantes com graves penas, de algum tempo a eſta parte ſe naõ daõ à execuçaõ com o rigor devido; de que ſe tem ſeguido huma quaſi permiſſaõ de taõ eſcandaloſo crime com menos reſpeito das ditas leys, e grande damno, e perjuizo de meus Vaſſallos, e tanto contra o ſerviço de Deos, e meu, que chegaõ os mais nobres a fazer honra daquillo, que ella bem conſiderada, deviaõ antes condenar, e aſſim mais conſiderando o que o Sagrado Concilio Tridentino diſpoem neſta materia, cuja obſervancia me he de novo recomendada neſtas Cortes pelo Eſtado Eccleſiaſtico com grande zello, e he obrigaçaõ minha cumprir no que toca, fazendo deſterrar deſtes Reynos taõ abominavel introduçaõ; fui ſervido fazer a preſente ley, e declaraçaõ, pela qual ordeno, e declaro, que as penas conteúdas na dita Ordenaçaõ contra os tranſgreſſores della ſe haõ de executar inviolavelmente do dia da publicaçaõ deſta em diante, ſem exceiçaõ de peſſoa alguma de qualquer eſtado, e condiçaõ, que ſeja, ſem ſe admittirem mais entendimentos, ou interpretaçoens da dita Ordenaçaõ, e do que ha nellas declaradas: ſalvo, em quanto à pena de degredo contra os que ſaõ Authores no deſafio, porque ſeràõ condenados para o Reyno de Angóla por dez annos ſem remiſſaõ, ficando as mais em ſeu vigor; e àlem das ditas penas, ſendo caſo, que algumas peſſoas das de mayor qualidade ſejaõ comprehendidas no dito crime, perderàõ de todo a minha graça, e as haverei por indignas della, e

incapazes de me ſervir delles de couſa alguma, e tendo officios de qualquer qualidade, que ſejaõ, os hey logo por privados delles, ipſo jure, naõ ſó para ſuas peſſoas, mas para ſeus filhos, e para que com o exemplo deſta Corte ſe atalhem eſtes danos em todos os lugares deſtes Reynos, ordeno, que o Corregedor da Corte mais antigo conheça nella privativamente deſte crime, e tanto que tiver noticia delle, faça auto em termo de hum dia, e com informaçaõ ſummaria pronunciarà, e prenderà logo os culpados, e farà ſequeſtro em ſeus bens, e procurando apurar a verdade pelas teſtemunhas, que lhe parecerem neceſſarias, farà os autos ſummarios, e em termo de dez dias os ſentenciarà com os adjuntos, que eu lhe hey de nomear, e naõ darà à execuçaõ as ſentenças ſem primeiro me dar conta. e os mais Julgadores do Crime deſta Cidade, tanto que lhe vier à noticia deſte crime nos ſeus bayrros, logo ſem dilaçaõ daràõ conta ao dito Corregedor do crime da Corte ſob pena de ſe lhe dar em culpa de ſuas reſidencias, e nas mais Comarcas do Reyno os Corregedores, e Juizes de fóra tanto que lhe chegar a dita noticia, que ſe cõmeteo o dito crime faràõ a meſma diligencia, fazendo auto, prizão, e ſequeſtro, que remeteràõ ao Corregedor do crime da Corte, ſendo no deſtricto della, e ſendo na do Porto, ao Corregedor do crime, para que os ſentencee ſummariamente na fórma referida com os adjuntos, que o Corregedor lhe nomear, e para que eſta ley ſe obſerve, e execute com o rigor, que convém; mando aos Corregedores, Ouvidores, Juizes, e Juſtiças deſtes Reynos, e Senhorios, que nas devaças geraes, que tirarem, perguntem por eſte caſo, e achando haver-ſe commetido, dem logo conta na Meza do deſpacho dos Deſembargadores do Paço, e nas reſidencias, que derem, ſe perguntarà ſe deixarão de executar o diſpoſto neſta ley para ſe lhes dar em culpa, e particularmente lho mandar eſtranhar. E mando outro ſi ao Regedor da caſa da Supplicação, e ao Governador da caſa do Porto, e aos Deſembargadores das ditas caſas, e mais juſtiças deſtes Reynos, que a cumprão, e guardem, e fação inteiramente cumprir, e guardar como nella ſe contém, e ao Chanceller mór ordeno, que deſpois de publicada na Chancellaria, envie logo cartas com o traslado della ſob meu ſello, e ſeu ſignal a todos os Corregedores, Ouvidores das Comarcas, e das terras dos Donatarios; onde os Corregedores não entrão por Correição, para que a todos ſeja notorio, a qual ſe regiſtarà nos livros do Deſembargo do Paço, caſa da Supplicação, onde ſemelhantes

lhantes leys ſe coſtumaõ regiſtar. Dadada neſta Cidade de Liſboa. Manoel da Sylva Collaço a fez a dezaſeis de Junho de ſeiſcentos, ſeſſenta, e oito. Luiz Sanches de Baena a fez eſcrever. Pricepe. o Marquez Mordomo mór P.

26 Ex qua lege patet punitionem hujus criminis ad Prætorem criminalem Curiæ pertinere, & quandò Princeps alicui judici committit de aliquâ cauſâ cognoſcere, cæteris alijs interdicere cenſetur. *Pereyr. in ſua Academiâ, ſeu Republicâ literariâ lib.* 3. *diſp.* 1. *q.* 7. *n.* 302. *Mend. in prax.* 2. *p. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 84. *&* 89. *Cabed.* 1. *p. deciſ.* 22. *Barboſ. in l.* 1. *ff. de judic. artic.* 4. *n.* 46. 49. 65. *&* 107. *Phæb. p.* 1. *areſt.* 85. *Marant. de ordin. judic.* 4. *p. diſtinct.* 2. *n.* 2. *& nos diximus de munere judicis Orphanorum tract.* 1. *lib.* 4. *cap.* 14. *& tract.* 2. *lib.* 8. *cap. pen. & de recuſationib. lib.* 5. *cap.* 5. ergo videtur dicendum, quòd hic caſus eſt exceptus.

27 Confirmatur hoc, quia familiares, officialesquè Sanctæ Inquiſitionis in gravioribus criminibus privilegio fori non gau-

28 dent. *Cortiad. deciſ.* 30. *n.* 112. *Simanch. de Catholic. titul.* 41. *num.* 19. *Regens Vico ad pragmat. Regni Sardaniæ lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 17. *per tot. Delben. de munitat. tom.* 1. *cap.* 4. *dubitat.* 14. *n.* 13. *Parex. de inſtrumentor. edition. tom.* 1. *tit.* 2. *reſolut.* 6. *Farinac. de hæreſi quæſt.* 186. *n.* 38. *Solorſan. de jur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 24. *num.* 62. *Curia Philipica p.* 3. §. 1. *n.* 15. *Villadiego in politicis cap.* 5. §. 20. *num.* 147. *Giurb. conſ.* 96. *Rox. ſiggular.* 101. *Param. de origin. Sanctæ Inquiſitionis lib.* 3. *quæſt.* 5. *n.* 27. *Ciarlin. controverſ. cap.* 120. *n.* 2. *part.* 2. *Caſtr. Palao* 1. *p. tract.* 4. *diſp.* 8. *punct.* 12. §. 2. *num.* 9. *Carlev. de judic. tit.* 1. *diſput.* 2. *n.* 515. *Dian. reſolut. moral. part.* 4. *tract.* 8. *reſolut.* 55. *Latiſſimè Narbon. in l.* 20. *lib.* 4. *novæ recopilat. tit.* 1. *à gloſ.* 7. *uſque ad* 20.

Sed ſic eſt, quòd duello gravius crimen conſiderari non poteſt, ſiquidem ex duello prodeunt mortes repentinæ, animarum perditiones, nova inter adſtantes amicos pugnantium odia, & altercationes, Dei tentatio, & plura mala in humani generis detrimentum, ut habetur latius in bulla Julij ſecundi *conſtit.* 19. *in bulla tom.* 7. *in Sacro Conc. Trindentin. de reformation. ſeſſ.* 25. *cap.* 19. *& ea DD. quos ibi citat Barboſ. & de poteſt. Epiſcop. allegat.* 50. *num.* 120. *Dian. in ſumm. verb. duellum. Conciol. in ſuis reſolution. criminalib. verb. duellum. reſolut.* 12. *&* 3. *Manſinus de confiſcation. bonor. quæſt.* 10. *Guaſin. de confiſcation. concluſ.* 13. *ampliat.* 89. *n.* 6. *Marinis reſolut. lib.* 1. *c.* 110. *n.* 9. *Sanch. in Decalog. lib.* 2. *cap.* 39. *num* 18. *Antonell. de tempor. legal. lib.* 1. *cap.* 29. *per tot.*

*tot.* ergo &c.

30 His tamen miminè reluctantibus firmiter tenendum eſt, noſtros familiares, officialesquè Sanctæ Inquiſitionis gaudére privilegio fori, etiam in crimine duelli; quia crimen hoc non invenitur exceptum in ſuis privilegijs, immò in illis expreſſum, quòd prædicto privilegio gaudeant in omnibus criminibus, non exceptis etiam expreſſis gravioribus, ut patet in *cap.* 3. *num.* 61. & 62. & 67. & excluſio expreſſorum eſt incluſio non expreſſorum, ut diximus in cap. antecedenti abundè.

31 Ex quo jam patet ſolutio ad contraria, eo maximè; quia ad derogandum privilegium alicui conceſſum, non ſufficit, quòd cognitio privativè concedatur alij judici, nam intelligitur quoad non privilegiatos, prout non ſunt familiares, officialesquè Sanctæ Inquiſitionis, ut colligitur ex *Ord. lib.* 3. *titul.* 12. *per tot.*

32 Solutio hæc probatur, & confirmatur; quia etiam in fortioribus terminis privilegium non cenſetur abrogatum, prout quandò Princeps commiſit cognitionem privativè, non obſtantibus quibuſcumque privilegijs in contrarium, ut docet *Benedict. Pereyr. in ſuâ Academiâ, ſeu Republica literariâ lib.* 3. *diſput.* 1. *q.* 6. *per tot.* qui licèt loquatur in privilegijs ſcholaſticorum, à fortiori procedit in privilegijs familiariũ, officialiumquè Sanctæ Inquiſitionis, quæ ſcholaſticorum antecellunt.

33 Magis corroboratur; quia privilegia officialium, familiariumquè Sanctæ Inquiſitionis ſunt conceſſa in favorem Religionis, ut diximus *capit.* 2. & *cap.* 4. & ut talia ad piam cauſam conceſſa dicuntur, & privilegium conceſſum ad pias cauſas non derogat clauſulam *non obſtantibus quibuſcumque privilegijs* in contrarium, juxta tradita *in cap. ſi propter ſua debita de reſcript. in* 6. *ubi Barboſ. multos citat, & clauſulâ* 83. *num.* 18. *ubi infinitos citat.*

34 Secundò dubitatur: an familiaris, officialisquè Sanctæ Inquiſitionis in criminibus privilegio fori perfruatur contra alium familiarem, officialemquè? Ratio dubitandi conſiſtit, & oritur ex regula, quòd privilegiatus contra pariter privilegiatum privilegio non gaudet, deducta *ex l. ſed & milites ff. de excuſa-* 35 *tion. tutor. l. aſſiduis Cod. qui potior. in pignor. habeantur l. ſcire Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. ubi Barboſ. & axiom.* 190. *num.* 1. *ubi infinitos citat*; ſed in propoſito caſu datur æquale privilegium, & æquè favorabile: ergo in hoc caſu privilegium fori ceſſari debet.

Nihilominùs contraria ſententia docenda, & ſequenda eſt,

P quia